faciet sibi exhiberi utrasq; literas, & procedet secundũ
tenorem decr. s̃.e.cum cõtingat; & si non seruauerit istã
formam, incurret periculum, quod est, j̃.de ꝑben.di-
lec.fil.G. ¶Si aũt vult contradicere capitulum, uel eꝑs,
aut contradicere primo ꝑsentanti literas, uel aliis post
præsentantibus. si vult cõtradicere primo, tunc ipse so-
lus, ad quem pertinet receptio, & collatio præbendæ, se
opponere põt. illi autem, pro quibus primò scriptũ est.
opponere se non possunt: quia non possunt dicere, ꝙ si-
bi debet præferri: quia primò præsentans debet alij ꝑ-
6 ferri, supra eo. capitulum. ¶ † Item de criminibus, uel
aliis defectibus opponere non possunt: quia eorum nõ
interest, ut not. infra de accus. super his. sed si vult ali-
quis obiicere post primum præsentanti suas literas, tũc
quo ad impugnandam receptionem suam solum capi-
tulum, uel eꝑs admittit̃: quia nõ interest primò præsen-
tantis

tantis literas, si primò secundus recipiatur, quàm ipse: quia in assecutione præbédæ præcedet, licet primo receptus sit, ut no. j. de præben. relatum. si aūt post psenta tas literas petat sibi assignari præbendã, tunc capitulũ, si habet primo præsentanté pro canonico recepto, prudéter faciet, si se nõ misceat liti, sed sinat eos litigare, & acquiescat mandatis iudicis utriusq; partis fm tenoré decr. cũ contingat. si uerò non habet pro canonico, tũc ɔdicat capl'm, uel eps, si uult. & si non uult contradicere, sed libéter assignat pbendã primò præsentáti, tunc si primus obtineat, postea contra capl'm patieť pœnã, quæ est infra. j. de præben. dilec. fil. G. quia maliciosè egit, cũ neutri debeat assignari beneficiũ, ex quo probabiť potuerat dubitari. s. eo. cum contingat nos tñ hoc, quod di ctũ est de procedendo fm tenoré decre. s. eo. cũ cõtingat nõ credimus, nisi utriq; executores mandarent, uel parati essent, ut ex tenore eius decre. colligitur. & bene dicimus, quia si ipse præsentans primò uelit se opponere, ꝙ põt: quia sua interest, & pro suo iure appellare, ut 2. q. 6. non solent, & nisi de iure suo dicat, sibi præiudicium. j. de reg. iur. quãuis in hoc, s. ꝙ scđs, pro quo lata est snia; obtinebit præbendã. sed si iustam cãm haberet ignorãtiæ primus, ét post latã sniam pro secũdo præsentante, & ét postq; sibi esset assignatũ bñficium, daretur sibi i inte. resti. ex gñali clausula. ff. ex q. cau. ma. i integ. & no. j. de procu. querelam. Contra capitulum aũt, si bona fide denegabat primo præsẽtatem recipere, nec malitiam adhibuit in assignatione præbendæ facienda secũdo, nullam habebit actioné. forte melius dicitur, ꝙ habebit actionem ɔ capitulum: quia debuit sibi cauere, ꝙ ille cui præbenda assignabatur, seruaret capl'm indẽne.
7 ff. de rei uen. is à quo, & l. seq. ff. de peti. hære. l. pẽ. ¶ † Sed quæritur, an receptus in canonicum per capl'm possit se opponere illi, qui petiit præbendã p literas Papæ, uel canonicatũ tñ? & dicunt quidam ꝙ sic. aliis uideť ꝙ nõ possit se opponere receptioni in canonicũ, uel assignationi præbédæ: quia non interest eius: quia nullũ ius habet in præbenda futura, & in canonicatu nullũ fit ei p iudiciũ. sed cõtra literas bene põt opponere, ꝙ nõ ualẽt: quia nõ faciunt mentionem de sua receptione, quã si Papa sciuisset, non scripsisset pro eo: & si recepti à capitulo nullũ habẽt ius certũ in prębenda, nec aliquid petere possunt rõne receptionis suæ, uel prouisionis à capitulo factæ: tñ rõne accessorij superior, cũ opportunitas se offeret, faciat assignari prebendam. j. de præben. relatũ. j.
8 de cõcess. pbé. cũ sup qõne. † Et Papa nunq̃ intendit dare literas præiudiciales. ff. de uul. sub. l. ex facto, & ɔ literas se opponere põt sp, quousq; alius recipiatur in canonicum: quia usq; tunc ex eis agit, & utitur impetratis. sed ex quo receptus est, ex tunc receptus à capitulo nihil potest proponere contra literas: quia non iuuabit se principaliter ex literis, sed ex receptione sua: qa receptus est in canonicum. & si obiiciatur ei, ꝙ non potest petere præbendam ex tali receptione: quia si contrarium diceretur, aperiretur uia uacaturis. Respon. quia ex receptione simplici capitulum non posset agere ad præbendam uacaturam, nec etiam uacantem certam, arg. op. ff. de contrahen. emp. l. ult. §. ult. & ad Tre. l. j. §. si habes. C. de do. nel eris. cum suis concor. sed ex receptione, quæ est facta auctoritate Papæ, qui non impeditur concedere uacaturas secus. Intentio] quod apparet ex appositione clausulæ.

Literis Apostolicis nisi pro alio] idem & si nõ fit cl'a, si pro alio non scripsimus. non. n. aliud intendit dominus Papa per clausulam istam, nisi ut ecclesia de plurium receptione non grauetur. s. eo. man. Monitorias] ar. ex solis monitoriis habet ius ad petendum. ad idem. s. eo. capitulum: sed non est uerum, licet illi prouidere teneantur. j. de præben. dilec. fil. G. nam nec ex monitoriis, nec ex præceptoriis, nec executoriis: sed habet officium iudi. ad petendum beneficium fm tenorem literarum Papæ, si Papa contulisset, tunc haberet ius in re.

Abbatem prouiderit] Nec tñ adhuc prouidit. unde speciale mandatum abbati directum in suis ecclesiis tñ præiudicat generali mandato epi in oĩbus ecclesiis. s. eo. c. 1. & c. pastoralis. si aũt iã prouidisset ei abbas in una eclesia, & postmodũ alia uacaret nõ uideo, quare eps non posset alij ibi prouidere, in qua non esset alij prouisum, cũ diuersæ sint ecclesiæ, nisi forte essent ecclesiæ de mẽsa abbatis, uel nisi collatio ptineret ad abbaté: tũc. n. cũ oẽs uno iure cẽseanť, si uni ,puidit, grauatus est abbas. unde eps nõ põt alij ,puidere. Et hoc intelligo uerum, qñ uult prouidere auctoritate literarũ impetratarum post, q̃ prouisum est primo. nã si ante impetratæ fuissent, secus, ut no. s. eo. mandatum cogi] qñ in literis nõ continet, p eccle. censũ cõpellatis. uerius credimus, ꝙ non sit hæc sufficiens ratio: imò nec uera, ꝙ non possit eps cogere abbaté ad prouidendum illi, de quo scriptum est epo: quia ex quo in literis continetur, facias tali clerico prouideri, poterit quoslibet cogere ad prouidendum, etiam si ibi dicitur, per censuram ecclesiasticam cogas. sed illa est sufficiens ratio & uera: quia speciale mandatum factum abbati derogat generali facto epo: nel quia clausula, si pro alio non scripsimus, eximit eum à iurisdictione episcopi, ꝙ in ecclesiis illius abbatis illi prouidere non possit. Prouidendi] quando in literis continetur, auctoritate nostra prouideas.

SVMMARIVM.

1 *Non potest secundus dele. absoluere, nisi elapso termino. priori assignato.*
2 *Absolutio secundorum iudicum tenet etiam ante terminum, si partes consentiant.*
3 *Remissio excommunicati ad excõicatorem locũ habet in ordinariis, ét si sit ab eis appellatum post sententiã excõicationis.*
4 *Debet excommunicatus absolui præstita cautione & iuramento prius, quàm cognoscatur de iniustitia excommunicatione.*

AB excommunicato. Statuta] s. quia ininstè, uel non præmissa monitione, uel nõ seruato ordine dicit se excommunicatum. ¶ Obtentis] Iste se-
1 cundus non põt absoluere, nisi elapso termino assignato priori; & si absoluat, non ualet: quia iurisdictionem habet ex parte limitatã, & formã certã, ar. s. eo. cũ dilec. nec ét sufficit, si partes consentiãt in eũ, cũ nihil atendat forma solita, & etiã honor excõicatoris. sed & si oẽs, s. partes & iudices cõsentiãt, qđ ante tps absolnať, tñ non ualet absolutio: qa cũ sub cõdõne fit ibi mãdata absolutio, s. si primus intra certum tempus non absoluit, quòd secundus absoluat, ante conditio-
a nem [a] extãtem nulla sibi absolutio competit, ff. de uerb. sig. cedere diem. repete tamen, quod diximus, infra de offi. deleg. de causis.
2 ¶ † Quidam tamen bene fatentur, quòd si excommunicator diceret, ego non absoluam, uos absoluatis eum, si uultis, ꝙ in hoc casu secundus potest eum absoluere etiã Inno. super primo Decret.

a ¶ *Ante cõditionẽ; & sic attenditur implementum conditionis in literis executoriis. adde Pet. de Anch. in cons. 297. incip. Efficacibus colum. 4. post princ.*

 ante

ante terminũ: quia in manifestis non est locus coniectu ris.ff de uerb.obl.continuus.§.cum ita. alij tamen dicũt, ꝙ tenet absolutio secundorum iudi.etiam ante terminũ,si partes consentiant. primus aũt post terminũ assignatum potest absoluere semper ante, quàm pronunciet eum iniuste excommunicatum, & etiam si partes uelint,ꝙ sic probatur, qa quandocũq; ante absolutionem constet de iusta excommunicatione, remittendum est ad excõicatorem.¶Et sic apparet,ꝙ apud primum ẽt post terminum assignatum remanet iurisdictio,& sic habet super eum iurisdictionẽ in eo, pro quo excommunicatus est, ex quo patitur se absolui, absolutio tenet. Item cum iudicia sint absolutoria, & nihil aliud hic petatur nisi absolutio, & ille, qui excommunicauit,paratus sit absoluere,audiendus est, & tenebit absolutio ; & hoc habet locũ,ubi p errorẽ omissa est absolutio ante, q̃ procederet ad cognoscendũ de iniustitia excõicationis. nã & si hoc petat,absoluẽdus est,ut no.in gl.uerum tamẽ.Ita] si cõtra statuta cõcilij generalis.i.iniuste excõicatus est,quid faciet hic excommunicans,ad quẽ remittit? Rñ.si credit se iuste excõicasse, nõ absoluat,sed ad aliũ mittat: quia postea ad eũ remittet pro mãdatis recipiendis.j.de offi.dele prudentiã in fi.si uerò nõ credit se iuste excõicasse, prudenter facit, si absoluat eum.

3 †Obtentis] remissio ista excõicati ad excõicatorẽ habet locũ in ordinariis, ẽt si fit ab eis appellatũ post sententiã excõicationis.j.de off.ord.ad reprimẽdam.j.de sen.exc.p tuas,in fi.in deleg.aũt ita dicendum,si nõ fuit appellatũ. nã si fuit appellatũ,& appellatio recipiat,nõ habet iurisditionẽ dele.j.de of.dele.pastoralis.§.praeterea; & iõ nõ remittit ad eũ.Itẽ si nõ fuit appellatũ à dele.& lata sit snia diffinitiua per dele.j.annum remittendum e ad dele.sed post annũ minimè superiori rõne. Item.j.de of.dele.quaeréti. sed fine ulla remissione delegans iuxta formã ecclesiae eum absoluet, cuius autoritate excõicatus est: sed si subdelegatus excõicauerit, & ab eo appellet, deleg.primus tñ absoluere debet. j.de of.dele.super qõnum.§ porrò, & §.ult.si autẽ primus delegans absolueret, teneret absolutio. Item & si alij deleget absolutionem, & ipse delegatus absoluat, tenet absolutio, ar.cõtra.j.de of.ord.ex parte.j.de sen. excom.cum pro causa. sed ante, quàm primus deleget, uel deleg.secundò super absolutione absoluat, põt excipi ꝙ non absoluat, uel non procedat per tales literas ueritate tacita impetratas ¶Si.n.dixisset qũo delegatus est medius inter primũ delegantẽ, & subdelega.non habuisset literas nisi ad eum,s.deleg.arg praedictae decre. super etiam ex causa potest legitimè appellari. si autẽ absoluat non praemissa appellatione,tenet, licet nõ debet fieri nec nocet si postea appelletur: quia cũ sententia excõicationis non suspendatur per appella. multo fortius absolutionis: quia promptiora sunt iura ad absol.&c.ff.de ac.& ob.Arrianus. ¶Itẽ oĩs res per quascũq; cãs contrahitur, per easdẽ dissoluit.j.de reg iur. c.1.sed per solã sniam fit quis excõmunicatus, ergo & p solam absolutionem absolutus fit aliquis. Item sicut actio iniuriarum tollitur pacto, ita & haec snia absolutione.ff de pac.l.si unus.§.pacta. hoc aũt posito,ꝙ sit sublata,& uerum est,non debet amplius excõmunicari, nisi praemissa canonica monitione. j.de sen.exc.sacro, & probata causa.2.q.1.nemo, & nisi sint contumaces de nouo.11.q.3.certum.Difficultate] Iuramenti, & cautionis mandatorij.j.de resti.spol.literas, in fin. Quidam tamen, & forte bene dicunt, quòd iurare debet ne disciplina ecclesiastica rumpatur, ar.23.q.5.excommunicatorum.j.de eo, qui dux.in ma.quã pol.per adul. significasti ; & ita non est contra.j.de iurein.& si Christus ubi sunt autoritates prohibentes iuramentum. sed supple,non iurabit omnino, uel frustra,i.sine causa.hęc autem est praedicta causa,quae est iusta.j.ti.pro xi.cũ inter

4 ¶†Cognitio] uerũtñ prius, quàm cognoscatur de iniusta excõicatione,absoluet pstita cautione,& iuramento, & postea cognoscet solus delegatus de iustitia excõicationis,s.an excõicator iustè, uel iniustè, uel ex ordine, uel ex aio,uel ex cã excõicauerit. & hoc est uerũ, qñ qritur de iniustitia excõicationis ut excõicatori poenã infligat ; & tunc puniet iniuste excõmunicantem. j.de sen.ex.sacro. si uerò inuenerit iustã excõicationẽ remittet excõicatũ ad excõicatorẽ, ut eius mãdata recipiat.j.de of.dele. prudentia. & attende, cum dico, ꝙ statim debet absoluere, nisi obiiceret, ꝙ pro manifesta offensa est excõicatus: uel qa nõ paret rei iudicatae. tũc enim debet praecedere emẽda.j.de uer.sig.ex parte, & c.se. De causa tñ principali eodẽ mõ cognosceret, si est cã inter epm,& excõicatũ,& in literis sit apposita clausula cõsueta,s.audias, si quid fuerit qõnis. nam nullus debet esse iudex in propria cã.C.ne quis in sua cã.l.j.si uerò cum alio cãm haberet coram excõicatore, aut est appellatum, aut non. si est appellatum,eodem mõ procedet inter partes, si in literis fit mentio de appellatione. uel eius cognitio causa demandatur. si uerò non sit appellatum, debet eum remittere ad episcopum, qui de causa cognoscere coepit, ff.de iud.dequa re.j.de iureiu.ad nſam.2.nisi sit ibi praedicta clausula, si quid mãserit qõnis,& quia ppetuata est eius iurisdictio per citationem.j.de offi.deleg.gratum. ¶Sed obiicies, ꝙ nunquam habuisset literas, nisi dixisset contra statutum concilij generalis se excommunicatum fuisse. ergo si hoc falsum appareat, debet carere commodo literarum supra eod.super literis. Respon.hic illa regula fallit p p. periculum excommunicationis,& participationis.unde statim absoluendus est,ut in decre.cum contingat.Item hęc exceptio, cum sit peremptoria non debet proponi contra literas.j.de lit.cont.c.s.& j.de so.cõp.ex parte.

SI proponente. Secus, si non proponeret, sed subiiceret, quia tunc crederem ualere. Respõ.quia plus est mentiri, quàm uerum tacere, arg.supra eod.postulasti. Fraudulenter] Haec est causa, quare rescriptum non ualet, scilicet fraus.supra eod.super literis, & c.in nostra, ubi de hac materia notauimus.nec potest de facili pretendere ignorantiam in proprio facto.ff.pro suo l.fi.in fi.& no.ff.man.l.item quaeritur.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid, si quis aliquem conuenit personali actione coram aliquo iudice, possit eum coram alio iudice etiam ordinario super alia personali conuenire?*
2 *Ordinariis iudicibus non debet subtrahi debitus honor.*
3 *Non li.et reo actorem conuenire nisi sub actoris iudice.*

QVia nónulli. noie] hic tenet crimine falsi, sicut & qui supposuit partũ.ff.de fal falsi neis,& l.qui falsam,& sequens similiter.Et qui eas] Nõ ualet, qđ fit p has literas pro his, quorũ noie sunt impetratae.Nihil] De iud.eũ quẽ.Ad futuras trahunt]i.aliquos citari faciunt sup cõtrouersiis de nouo emergẽtibus,ac si lřas ad eas traherẽt ad futuras trahũt] Et ualet snia in nouis negociis, nisi excipiatur j.s.eo.significauit.3.e.cã te,ex tenore.

1 ¶†Pluribus] Dixerũt qdam ex quo

ex quo aliquis conuenit aliquem personali actione coram aliquo iudice, coram alio iudice etiam ordinario super alia personali non pōt eum conuenire, quia si reo, q fauorabilior est in iure, ff. de reg. iur. fauorabiliores, hoc non licet. C. de sen. & interlo. in auē. & ɔ̃nr, multo- fortius nec actori. ff. de re. iu. non debet. Si actor conuenit aliquē super aliqua actione personali, licet sup alia p aliud rescriptum coram aliis delegatis ipsum conuenire non possit: tñ coram ordinario ipsum poterit cōuenire, & hoc ut honor non subtrahaē ordinariis ipsis. nā reo istud non licebit, si uelit reus recōuenire: qa non coram ordinario, sed corā delegato istud facere debet: qđ tñ non credimus uerum. nā bene pōt actor reū conueni re sub diuersis iud. ord. uel ordinario, & delegato alio & super psonalibus, & realibus actionib. & q dr̄ in pdicta. l. fauorabiliores &c. intelligimus in eadē cā, & postquā incepit causam. nā & hic in utraq; cā & corā utroq; iudice fauorabilior erit reus, q̄ actor: sed incipiēdo cām corā diuersis iudicibus fauorabilior nō est, & sequereē absurditas: qa coram delegato nō posset, cum non sit ei
1 cōmissum, nec corā ordinario, ut dicunt quidā. ¶ † Item debitus honor subtrahitur iudicibus ordinariis; qđ esse non debet. ȷ. de ap. ut debitus. intelligo ergo decr. hanc, q si super personali actione conuenerit corā iudice delegato, & impetret literas ad alium delegatum ɔ̃ eundem super alia actione personali, carebit cōmodo literarum, & condēnabitur in expensis, ut hic: secus, si coram ordinario conueniat, cum hoc non inueniatur ,phibitum. ¶ Si quæras, quare aliud sit in realibus, dicimus q in realibus cōputantur dietæ à diœc. ubi sunt res s̄. e. dilec. fil. i. unde sepe ɔtingeret, q nō posset sub uno delegato oēs reales intentare; & aliæ etiam rōnes assignari possent. Item alia ratiō potest assignari, q actori licet coram pluribus ordinariis conuenire, sed non reo: quia iura noluerunt subtrahere materiam malignandi reis, qui quasi offensi libenter se uendicarent etiam iniustè.
3 sed hoc de actore non præsumitur. ¶ † Reus] quamuis reo non liceat conuenire actorem nisi sub actoris iud. tamē malitiosè facere potest, & potest repelli per exceptione n iudex rei. sed si non excipiatur ante lit. cōtest. tenebit, q legitimè coram eo fiet, dūmodo alias iurisditionem habeat. ff. de iud. l. j. & alij contradicunt. Cōmodo] supra eo. super, si proponente. Expensis] supra eo. cæterum. Condēnetur] & nihilominus accusari poterit criminaliter de crimine stellionatus, ff. de crimi. stellio. per totum.

CVm in multis iu. ar. Idem uē, si ibi ponitur clausula, q nōnulli homines, uel aliæ consimiles, cū eadem sit ibi rō. idem etiam uē, si dicit, sibi dānum uel iniuriā factam per hoīes alicuius loci: qa uel ɔueniet eos quasi uniuersitatem; & tunc loco unius censeē. si in illo loco non est uniuersitas, nō poterunt p illud rescriptum cōueniri ultra iiij. idem uē, si in literis dr̄, cites oēs illos, quos talis tibi noiauerit. sed si in literis dr̄, cites oēs, qui ei ɔ̃dixerunt, uel qui eum molestarunt super tali re, dicunt quidam secus esse, sed nos non uidemus, quare hoc dicant. in causa autem inquisitionis, siue de crimine, siue de iure inquiratur, plures, q̄ quatuor citari possunt: quia non trahuntur in iudicium, sed superior ex officio inquirit. Generalem] nam oēs expressi in literis conueniuntur propter eos iiij. Vel quatuor] credimus tamen, q si super re indiuisibili, uel etiam in eo casu, in quo essent ad eosdem iud. ces remittendi literæ impetrentur, q etiam tunc plures, q̄ quatuor poterunt per illas literas conueniri in iudicium. ut no. s̄. eo. pastoralis, in gl. quid si. Alij dicunt, q licet ille, qui impetrat literas super certa re etiam indiuisibili, dicat alios sibi iniuriari: tñ per generalem clausulam non citabunē, nisi quatuor: fatemur tñ, q alij, quorum interest, si uolūt p suo iure coram eodem iudi. q admittendi sunt, uel etiā si coram aliis agere uellent, q sunt ad eundem iudi. remittendi. ȷ. de reg. iur. cum super. ff. de libe. cā, pariter. ¶ Citatorio] cuiuslibet illorum quatuor. nam si uelles intelligere, q tantū, qđ primum citat, debeat illos quatuor exprimere, non esset ɔ̃ fraudem prouisum: quia primum citatorium potest multis esse occultum. & uocat hic primum citatorium propter multa citatoria eiusdē personæ facta non tantum in principio causæ, sed etiam in qualibet parte iudicij; & in illis citationibus sequentibus non est necesse exprimi illos quatuor.

SVMMARIVM.

1 *Non possunt delegati causas minoribus subdelegare.*
2 *Non debet fieri commissio clericis plebium Lombardiæ.*
3 *In causis tractandis quæ sint loca magna uel insignia.*
4 *Manifesta & notoria pro expressis haberi debent.*
5 *Locus ubi causa agitur debet esse magnus & insignis.*

PRæsenti decreto. Prouidendum] per hæc uerba dicunt quidam, q hæc decr. non statuit ius, sed est prouisio, quā Papa suis legatis & cancellariis imponit. & dicunt, q literæ ualent, & si minoribus personis fiat cōmissio, potest contra eas excipi. q p illas literas non procedatur, cum non sint de personis hic contentis, arg ad hoc quare. hoc enim imputaretur uel iudicibus, uel partibus, cū tantum delegantis sit eligere iud. quibus cōmittat, & nō debet dare iudicem ad petitionem partiu n. ff. de iud. obseruandum. melius uidetur, q possit contra tales iudices excipi, & ex talibus causis appellari, & alludit consuetudini Romanæ Eccl. ubi de facili cancellarius non dat iudicem ex officio suo, sed partes eos eligunt. nam si certum esset, q ex se cancellarius eos dedisset, nō haberet contra eos locum exceptio, uel appellatio. & uidetur, qđ huic exceptioni possit renuntiari tacitè, & expressè: quia in fauorem eorum introductum est, scilicet ne coram uilibus personis partes & aduocati eorum stare cogantur. ¶ Item uidetur, q si Papa scribat alicui nominando eum magistrum, uel simplicem clericum, quòd non habet locū exceptio: quia ex certa scientia uidetur facere contra
1 hanc cōstitutionem. ¶ † In legato credo contrà, nisi partes consentirent, & hoc dr̄. idē multo magis intelligo de legatis, scilicet quòd nō possunt minoribus subdelegare causas, & non habet locum hæc decret. in auditoribus, infra de offi. deleg. super §. j. Item ordinarij non comprehenduntur hac constitutione. Dignitate] no. infra de præben. de multa. ¶ Honorabilibus] sufficit, q ecclesiæ sint cathedrales: non sufficit, quòd sint collegiatæ, sicut sunt multæ in Sicilia, & Tuscia, nisi sint ita honorabiles, quòd ibi sint clerici propter scientias & mores & diuitias honorandi. Quid enim si magni uiri magnā causam agerent coram illiteratis & pannosis clericis? uere nia risui pateret. ¶ † Quid dices de clericis plebiū
2 Lombardiæ? Respondeo, non debent eis fieri commissiones, nisi sint aliàs honorabiliores, ut Modecienses ecclesiæ, & sancti Antonij, & sancti Dominici. ¶ In ciuitatibus] sufficit enim ciuitatem episcopalem esse, ut ibi causæ agitentur, etiam si non sint magnæ, & etiam si non habeant peritos. alij contrà, arg. pro his, qa cessat ibi

ibi causa huius constitutionis quia non poterunt ibi habere aduocatos, nec alia necessaria: sed in alijs locis non ꝑalibus necesse est, q sint magnæ, & q habeant peritos;
3 & propter hoc dicuntur insignes. †Copia] Tam pro aduocatis, quàm pro assessoribus, & consiliarijs. quæ autē sint loca magna, uel insignia, uel ubi dicatur esse copia peritorum, ad communem opinionē prouinciæ recurrēdum est. ff. de sup. le. l. Labeo, & arbitrio boni uiri, i. iudicis illius terræ, ad quē fit citatio, relinquetur. ff. de uerbo. ob. continuus, & non arbitrio iudicis ciuitatis, qui in hoc potius pars censetur, quàm iudex: quia non præsumitur, q contra factum suum sniaret. C. de arbi. ne in arbitris. sed quid si locus ille alium haberet iudicem in temporalibus, & aliū in spiritualibus. Rn. si ambo sunt præsentes, simul amborum arbitrio diffiniendum est. Et idē si sint plures, dummodo omnes hi domini, ijdemque indi. sint personę ecclesiasticæ: quia ad secularis iudicis arbitrium non credimus eundum, & si non sint oēs præsentes, tñ præsentes procedant. & si oēs dñi ijdemq; iudices essent absentes, uel certa ratione suspecti, tunc alij boni hoīes eligentur ad hoc. & si nō possent hi concordare, procederetur ẽm tenorem consti ǰ. de ap. legitima, & procedent hi non seruato iuris ordine. nobis magis placet, q arbitrium boni uiri dicitur, i. iudicis, q de cā cognoscit; & sic loqtur. l. ff. de uer. ob. continuus: Causæ] Delegatæ iudicibus] Delega. Impunè] Et si cōtra talem absentē ꝓcedatur quasi ꝯ cōtumacem, nō tenet, si notoria facti est excusatio eius, puta q a nulli est dubiū, uel esse debet, q locus, ad quē citatur, non est insignis. sed si dubia esset excusatio de facto, tunc debet ire, & coram eo ꝓponere de facto loci, & peritorū, uel hmōi. & si pars neget, debet reqri arbitriū boni uiri, cui si pars citans stare noluerit, pars alia appellet, & securè. & si pars alia, q̄ allegat ꝯ locū, arbitrio stare nollet, iudex securè ꝓcedat, & si aliqs à bono uiro dicit se grauatū sup hoc i. à diffinitione hac, an sit locus insignis, uel nō, tunc nō licet appellare, sicut nec in arbitris. ipsius. n. arbitriū dr. ff. de uer. ob. cōtinuus. ¶ Itē q a modicū interest. ff. de ap. l. j. uel dic, q ēt sine reqsitione boni uiri pōt statim appellare ex his cāis. s. appello, ne ꝓcedas: q a nō est locus iste aptus examinationi cārū, uel ꝑ ꝑ sui utilitatē, uel ꝑꝑ defectū iurisperitorū. iudex aūt, qui cognoscet de appellatione, si inuenit cām ueram appellationis, cassabit, q cequid iudex fecit post appellationem: alioquin confirmabit infrà de appella. interposita, in prin. appellatio autem nec in hoc casu, nec in præcedenti est admittēda, nisi certum esset locum nō esse aptum. ff. qui satisda. cogan. si uerò. §. j. ¶ Sed quid si pars nō uadat, nec appellet: quia credit se tutum per hanc constitutionem, ubi dicit non paretur impunè? Respon. tutius est ire, & defectum coram iudice exponere. sed si non uadat, & feratur snia contra ipsum, uel missio in possessionem, uel excommunicatio, non tenet: quia citatio nulla est, argu. ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. ¶ Sed contrà uidetur, q semper teneat, nisi in citatione exprimeret errorem, puta ueniat ad talem locum non insignem, sicut dicitur in snia. ij. q. vj. § diffinitiua, in prin. ¶
4 †Sed respondeo & in snia, & in citatione sufficere, si notorium est impedimentum: & hæc notoria manifesta pro expressis debent haberi. ff. qui satisda. cogan. si uerò. ff. de fer. l. j. alij contra. sed si non sit notorium, si non uadit, tenet excommunicatio, & missio in possessionem. ff. de indi. siquis ex infrà de ap. si duobus. nec facio uim, utrum iudex sciuerit defectum loci, an ignorauerit. sufficit enim in ueritate esse, quòd notorium est ibi defectu loci esse: credimus tamē, quòd expresse proprio uerbo tacite litigando in talibus locis possint renunciare huic exceptioni: sed nō eundo ad illa loca, uel non appellando nō uidetur renunciare, uel tacitè consentire, q procedant. imò potius contradicere. ¶
5 †Item dicimus, q licet iudex delegatus clericos ꝑ peritos haberet, qui iudici & partibus possent sufficere ꝑ consilijs, tamen in hoc casu impune nō paretur: quia licet in uno termino habeat eos paratos, fortè non habebit in alio, & quia etiam consiliarij & aduocati nō habēt ibi propria domicilia, uel maiora salaria requirent, & fortè non poteris eosdem consiliarios & aduocatos in alio termino habere, quod est graue & dispendiosum in singulis causis nouos aduocatos conducere, & secreta suæ causæ reuelare, cum boni iudi. sit sumptibus & laboribus partium parcere. nobis uidetur, q est necesse, q locus, ubi causa agi debet, sit magnus & insignis, ita, q q uadunt illuc pro causa, inueniant ibi hospitia & cōducticia pro se & euectionibus suis, & ubi inueniantur necessaria uictualia pro cōi precio. ¶ Et ideò adiecit insignia: quia bene sunt alicubi loca magna, & tamen ibi prędicta non inueniuntur neq; conducticia, neq; uænalia: uel si inueniuntur, hoc fit cum magna difficultate: quia non sunt ad hoc consueti. possunt etiam hæc inueniri in aliqua modica uilla: & tamen non est idoneus locus: q a non est magnus, nec insignis esset enim ridiculum, q causæ tractarentur in tam uilibus locis, etiam si ibi esset copia peritorum. nec credimus necesse, q ibi morentur periti, nec hoc dicit hæc litera; sed sufficit, q ibi de uicinis locis possit haberi copia peritorum.

SVMMARIVM.

1 *Oportet iudicantes in causa reali esse rebus uicinos.*
2 *Processus habitus absente altera parte non ualet.*
3 *Graue est defendere, quod expresse potest renunciari, & non tacitè.*

Dispendia litium personales] literæ conseruatoria, & processus per eas habiti non impediunt literas in communi forma impetratas, siue impetrentur ante conseruatorias, siue post etiam inter easdem personas: quia conseruatores non habent cognitionem, nisi oriatur ex exceptione aduersarij, ut no. infrà de offi. dele. statuimus. ¶ Item hæc decre. non habet locum, qn appellatur à grauamine ante sniam. tūc enim potest impetrare literas, ad quoscunq; uult. nā qua rōne debēt impetrare ad iud. appellationis, eadē rōne debent ĩpetrare ad iud. principalis cāæ: cū uni alijs nō possint ꝓhibere uti sua iurisdictione infrà de ap. Romana. §. j. hoc ēt ex eo apparet, q si qs corā eo iudice cōtra eūdem mouet plures personales actiones, & in una appellauerit, & in alia non; nihilominus coram diuersis iudicibus prosequetur plures actiones personales contra eundem: sed non est malum: quia non sunt ambæ principales, & est necesse ad hoc, ut locum habeat hæc decre. quòd ambæ sint principales, & nō appellationis, & uidet q hæc decre. habet locū non solum in lrīs apľicis, sed ēt in alijs. sed si aliqs coram conseruatoribus, uel alijs iudicibus non habentibus potestatem cognoscendi de eo, super quo trahitur in iudicium, conuenitur, nec propter hoc minus ualet processus habitus per bonas literas: sed frustratoriæ trahens alias punietur. ¶
1 †In personalibus] secus in realibus, cum res aliquando oporteat subijci oculis; & ideò oportet uicinos esse rebus ff. de censi. forma infra de libel. obl. significantibus.

Qui

Qui uerò contrarium] Cum effectu, s. utendo pluribus literis. nam si unis tm̄ utatur, ualebit processus habitus
2 per eas. ¶ † Valeat] Si fuerit exceptum. Vel dic, ꝙ etiam si reus non excipiat, tamen processus pro alterutro habitus per eas non ualebit. quia ambo scienter contra ius faciunt; & hoc uidetur uelle litera, & ita seruat curia Romana: quia litera dicit, ꝙ processus habitus per eas non ualeat. nec possunt renunciare tacite. s. litigando coram eis: quia sic dicit litera, ꝙ processus eorum non ualet; & sic uf, ꝙ loquatur, quando partibus præsentibus ꝑ cesserunt, si. n. in absentia partiũ processissent, tunc nulla esset pœna: quia cuiuscunque alterius iudicis processus in absentia partium habitus teneret. ¶ Et est ratio tunc, quia non uiderentur renunciare, licet litigauerint: quia non præsumuntur scire has constitutiones. uel ẽt si scirent, parcitur eis, ꝙ non uideantur renunciasse: quia forte uererentur iudices, & timent ab eis appellari, uel eorũ iudicium fugere expresse. tñ satis crederemus, ꝙ possint renunciare, quia literas credimus ualere, & per eas iuris
3 dictionem dari ĩ c. cæterum. ¶ † Alij contra. & uere multum graue est defendere, ꝙ expresse potest renunciari, & non tacite hæc potest esse ratio. quia quanto expresse renunciant, uidentur nouam iurisdictionem dare, quod possunt: quia iudices sunt per illas literas. ff. de iu. l. j. si tacite, nõ uidetur renũciare, sed ex iurisdictione ꝑ illas literas datas procedere, quod non licet, & erant. Item ꝑꝑ uerba præcedentia huius decre. dicimus, ẽt si pro reo haberetur processus, ꝙ nullus est. ¶ Item detur per eadem uerba, ꝙ non ualet processus habitus nec per secundas literas, nec per primas. dicunt aũt quidam, ꝙ semper recedere possunt ab his iudicibus usque ad sententiam. post sententiã aũt, à qua non est appellatũ, nõ; quia iam post sententiam cessat cã superius assignata. s. ꝙ timent iudices. ex tunc. n. non oportet eos timere: quia functi sunt officio suo, & quia non possunt eis deterius facere quia iã sententiam contra eos tulerant, quia uere iudices sunt alij dicunt contrarium, s. quòd etiam sententia non ualet, & magis concordant literæ. Nisi] Quamdiu autem de hac suspitione inquiritur, non procedent iudices rei recusantis; quia si aliquid dicitur, facile est cuilibet deludere huic constitutioni. Simili] Quia commodo impetrato carebit, & in expensis condemnabitur.

SVMMARIVM.

De consuetudine. Rubrica.

1 DE consuetudine † Consuetudo est ius non præscriptum, moribus diuturnis populi inductum, insti. de iure natura. §. cõstat. ¶ Etiã inducitur consuetudo primo: quia sic obtentum est sine cõtradictione, inst. de iure natura. §. ex non scripto. ff. de lega. diuturna. ff. de testi. testium. §. ul. ff. de admini. tuto. sine hærede. §. pe. ff. quemadmo. testa. ape. C. quæ sit lon. consuetu. l. j. C. de edi primo ua. an in totum. ¶ Secundò, quòd libelli querimoniarum quæ consuetudini obstant, non recipiantur, & si recipiãtur, iudicantur ſm consuetudinem, ff. de legi. si de interpretatione, & l. sequen. C. quæ sit lon. consuetu. l. j.
2 † Tertiò, quia iudicatum est consuetudinem esse, cũ quæstio esset, an consuetudo esset, nec ne. ff. de leg. cum de cõsuetudine. & non sufficit altero istorum modorum tm̄ semel iudicatum esse longo tempore, sed bis ad minus iudicatum, uel factum esse debet. C. de epi. audi. l. 3. in fi. sed ꝯ. quia non exemplis iudicandum est. C. de sen. & interlo. nemo. ¶ Sed nos dicimus hoc intelligi, qñ sic iudicat uolens consuetudinem introducere, & in posterum similiter iudicari sed uidetur, quòd una sñia sufficeret, ut j. de re iud. in causis. C. de leg. l. ult. sed illa specialiter loquuntur in Papa, & Imperatore. ¶ † Et debes scire, ꝙ semper consuetudo præiudicat iuri, uidelicet ut quis non ordinetur a suo prælato. 24. q. j. pudenda. Item in elec. j. de elec. cum ecclesia Vulterana. Item ut alij clerici præter canonicos admittantur in electione j. de causa pos. cum ecclesia Sutrina. Item ꝙ filij presbyterorum Græcorum licet de iure possint eligi in episcopos, si cõsuetudo repugnet, non eligentur j. de cle. coniu. cum olim, quis posset dici potius id fieri propter scãdalum uitandum, quàm ꝑꝑ consuetudinem 12. di. nos consuetudinem. sed illud non dicimus propriè consuetudinẽ, sed dispensationem ꝑꝑ scandalum 1 q. 7. conuenientibus, cum duobus. §. seq. item ꝑ consuetudinem coguntur aliquem eligere de aliqua ecclæsia. j. e. cum dilectus. j. de uer. sig. Abbate. Item ꝑꝑ consuetudinem Abbates sine consensu capituli conferunt prębendas j. de his quæ fi. a ma. par. c. ea noscitur. Item in baptismo seruatur consuetudo, de conse. di. 4. de trina. Item in matrimonio seruatur consuetudo, siue potius ꝑꝑ scandalum. j. de cog. spi. c. j. Item inferiorum ordinum clerici non coguntur ꝑꝑ consuetudinem, uel per subtractionem beneficiorũ ab uxo-
4 ribus separari. 84 di. quorundam. † & no. ꝙ ad hoc ut ꝑiudicet consuetudo, oportet, ꝙ sit præscripta. j. de causa pos. cum ecclesia. ff. de legi. sed & ea. de qua præscriptione dicemus j. e. cum consuetudinis. Item ꝙ bonam fidem habeat, & animum introducendi consuetudinem, & utendi iure suo. ff. de aqua quoti. l. j. §. Aristo. ff. de iti. actuque pri. l. j. §. ul. Item ꝙ res sit præscriptibilis: secus, si non esset præscriptibilis, qualis est, quando clericus confitetur se subesse episcopo, & tamen denegat sibi reuerentiã uel procurationem ratione uisitationis j. de præscri. cũ non liceat, de censi. cum instantia, & generaliter non præscribitur consuetudo contra ius naturale 32. q. 7. flagitia, & contra statum ecclesiæ. 25. q. 1. sunt quidam, & ꝯ ordinationem infrà de tem. ord. c. 2. & quæ occasionem malignã di inducit. 12. di. nos, & contra bonos mores 12. dist. illa, & infrà e. ad nostrã, & c. cum uenerabilis, & quæ grauamen inducit infrà eo. c. j. ¶ Item oportet, quod sit inducta de scientia eius, quæ super eo. ubi inducitur habet ordinariam iurisdictionẽ & ptãtẽ condendi leges. ff. de legi. de quibus 93. di. illud, & non sufficit toleratio. j. de ꝑben. cum non ignores, & c. cum iamdudum. & si spiritualibus personis præiudicat, ẽt illorum consensum interuenire opor-
a tet[a] nec præsumitur interuenire nisi manifesto iudicio probetur. puta quia recipit aliquod prętium. ff. de com. prę. uenditor. §. j. ¶ Item oportet, quòd non sit inducta per erro-

a ¶ *Oportet adde Ang. qui hoc allegat in consi. cclxvij. icinisis & examinatis, & refert Feli. in ca.*

in a'ner,ccl.vj.ner. Decimo fallit suprà de cōs. Et sic intelligas Inno.in c. in no stra infrà de iureiu.

rem.ff.de le.ꝙ non ratione.8. dist. consuetudo. 12. dist. omnia. Item ubi populi est iurisdictio, oportet quòd maior pars populi utatur illa consuetudine.ff.de iudi.& iure. l.pe.nam sicut minor pars non potest condere .l. scriptam, ita nec consuetudinem introducere.ff.de legi.de quibus.¶ † Sed quid si extraneus cōtra cōsuetudinē faciat, nunqd teneatur? ar.qd sic:quia nullius peregrini licet &c.8.di.c.j.& ij.d.xij.illa ar.ff.de iudi.hæres.§.j.contrà:quia nesciuit,nec scire debuit, cū in aliena consuetudine probabilis sit error sicut in facto alieno.ff. pro suo l. ult. dicunt quidā quia monitus uel sciens debuit seruare.si uerò nesciuit, non tenetur: quia non est in culpa suprà de consti.cognoscentes, ibi rem, quæ.ar.ff.de act.emp.& uend.l.Iulia.in prin.82.dist.pro posuisti.imò debet imputari ei,qui potuit expressius legem dicere.ff.de pact.ueteribus,ut.ff.ad Vell.l. ij. §. uer ba.si autem nec ciuis esset in culpa,quia credebat consuetudinem esse ius cōe,& erat alias simplex,nec ēt peregrinus,qui consuetudinem ignorabat,tunc posset dici contractum non tenere:quia ambo errabant, & nihil potest esse tam ꝯtrium cōsensui,sicut error.ff.de iurisf. om. iud. per errorem, & sine consensu ꝯctus non tenebat. ff. de act.& oblig.consensu.C.de act.& obli.sicut hoc non pla-

6 cet.¶†Sed dic melius,ꝙ in prædictis casibus tenet ꝯtus, & tenetur stare consuetudini loci, ubi ꝯtus celebratus est.tñ si enormiter læderetur,ex generali clausula resti tueretur in integrum.ff.ex quibus ca.in l.j. sed iudex appellationis quid faciet,seruabit ius cōe,uel consuetudinem suam,uel litigantium?& dicimus consuetudinem litigantium.j.de eo;qui mit.in pos.cum uenissent, in aut. de ap.in prin.ꝯ j.de re.iu. cum causa. sed hoc ideo quia consuetudo laycorum [b] non potuit ligare ecclesiam.x.di.c.j.& quia erat in grauamen ecclesiarum etiam sine consen su capituli. unde non ualet ꝯ.e.c. j. quanta sit auctoritas consuetudinis,dicemus infrà e cum consuetudinis.¶ † Illud tamen no. ꝙ consuetudo loci, ubi contractus celebratus est,seruari debet. ff. de usu. l. j. in prin.& loci, ubi maleficium perpetratur,arg.ff.de extraor. cri. l. pe.

b ¶Consuetudo laycorum. Adde quòd idem tenet Host.huc in summa in uer. sed pone, & Cy. in l. q. ad fi.C.quæ sit lon.consue.Et Pe.de Anch.in 7 consi.258 inci.supra dictum statutum,co lum.j.

8 §.sunt quidam.¶ † Idem etiam credimus,si in principali quæstione alia cōsuetudo iudi.alia sit litigantium, quia consuetudinem litigantium obseruabit,ar.j.de eo, qui mit.in pos.cum uenissent. C.de consue.l.j.C.de edi. priua.l.an totum.hæc autem uera credimus in iuribus, ut prætextu consuetudinis contra ea facere liceat. nam in præceptis,quantumcunque tempore aliqui non seruant ea,semper peccant,& ipsi & alij obseruare tenentur. 8. di.c.j.nam quod præceptum est,necesse est fieri. 14. q. j. c.ul.& diuturnitas temporis,&c.32.q.6.flagitia.ꝯ.4. di. statuimus;& c.se.sed illud non fuit præceptum,sed con-

9 silium.†¶ Item nōne peccatum est uiolare statuta,& de cre.25.q.prima,uiolatores?& in multis eiu sdem. q. fateor peccatum esse,ubi uenio contra ius cupiditate, uel sine causa,uel in casu non concesso.sed ubi uenio contra legem,uel can.auctoritate consuetudinis legitimæ intro

10 ductæ,secus.¶ † Vel dicas & melius,quòd contra iura, & contra præcepta uenire licet his, quibus licitum est nouam legem & specialem introducere contra illud ius uel præceptum,similiter & nouam consuetudinem. Sed si tale esset,ꝙ contra illud ius,uel præceptum non licet sine peccato legem spiritualem statuere,sic nec cōsuetudinem.& ad hoc ut non peccet ille qui contra ius,uel ꝑceptum dñi Papæ facit,oportet,ꝙ ex aliqua iusta causa faciat,uolens consuetudinem introducere, & superiore consentiente,scilicet eo, qui legem fecit, uel qui potestatem habet condendi legem contra illud ius, uel mandatum.

Consuetudines grauamen inducere] Qualis est illa. infrà de his quæ fi.a ma.par.ca.c.Remittere] i. tollere,& non secundum eas iudicare.

SVMMARIVM.

1 *Possessio absque apprehensione rei transfertur.*
2 *Ecclesia habet priuilegium,quòd re sibi legata,uel uendita, uel donata,competit sibi rei uen.*

EX literis. Consueuit] Consuetudo erat obtenta contradictorio,ꝙ quando aliquis sub forma stotationis aliquid dat,non solum donare intelligitur,sed etiam possessionem tradere.aliter non uidemus,quomodo in hoc introduceretur consuetudo.ff.de leg.cum de consuetudine nec mireris ꝙ ex consuetudine aliquis fiat possessor sine apprehensione. sæpe.n.possessor habet plurimum iuris,ut in rebus peculiaribus per seruum quæsitis.ff.de acqui.pos.l. j. §. item ac.& l.possessio.l si me.§.seruus ff.pro so.l.ij.ff. de usufru.iusto.§.fi.& in glo.quam hic habes,continetur Et audientium]Et ita uidetur, quòd forma seruari debet in faciendo,& exprimi in dicēdo,f.ego do talem rem pro re

1 medio animæ meæ. Quæ] S. donatio ¶ † Possessionis] Hic habes, ꝙ possessio transfertur sine apprehensione rei;& simile.ff.de acqui.pos.quod meo.§.fi.ff.de contrahen.em.clauibus,insti.de re.diui. §. interdum, infrà de pac.cum pridem.C. quæ res pign.ob.l.ij.ff. de rei uen. quædam.ff.de acqui.pos. l.j.§.pe.contrarium ar.ff.de acqui.pos.quemadmodum,& l.qui uniuersas.§.quia per co

2 lonum¶ Possessionis] Hoc est auctoritate iuris consuetudinarij.si 23.di. in nomine.Item priuilegium est ecclesiæ,ꝙ re sibi legata, uel uendita,uel donata, competit sibi rei uendi.C.de sa.san.eccle.l.fi.in alijs contra. C. de rei.uen.seruum.Hic habes per stotationem trad· possessionem.idem uidetur, quòd per inuestituram infrà de his, quæ fi.a ma.par.cap.ex ore.nos tamen hoc non credimus de inuestitura,ar.ff.de acq.pos.si stipulatus.Ac.tñ dicebat,ꝙ ex inuestitura hoc ius habet,quòd auctoritate sua potest ingredi possessionem.

AD nostram audientiam.Illiteratis]Hoc non redarguitur C.de offi.rec.proui.l. potiores xcv. di. esto Insipientibus] Hoc non redarguitur. C.de iudi.certi,in aut.de iudi.§.quia uero non Consilio]Non redarguitur plurimorum consilium.xx.di.de quibus.C.de fideicom. liber.l.fi.24.q.3.si habes Consuetudo] Talis s. quæ est ꝯ bonos mores hoc redarguitur,quia eorum respōsum habetur pro sententia :uel quod alius q̃ iudex, fert sententiam.C.de sen.ex peri.reci.l.j.& ij.Suo iudi.] Sicut hic fiebat. C.si a non compe.iudi.l.j.ij.iij.infrà de iudi. at si ij.q.j. in primis. Ecclesiasticis] Idem est & in ciuilibus.

SVMMARIVM.

1 *In necessitate etiam laicis conceditur eucharistiam sumere.*
2 *Baptismatis sacramentum in necessitate ab hæretico sumi potest.*

Character

3 *Character sacri chrismatis non confertur per simplices sacerdotes.*
4 *An autem ex delegatione uel auctoritate papa possent conferre, uide in no.4.*
5 *An Papa possit prohibere episcopum chrismare.*

Vanto de benignitate, Et infrà consuetudinē]
ut j.de eo, qui dux.in ma.quam pol.per adul.
cum haberet infrà de symo.non satis.xxxij.q.
vij. flagitia. ff. de fur. inficiando. §.infamis.
1 ¶† Necessitate] Idem est in scr̄o eucharistiæ ab his, qui
sunt extra ecclesiam.xxiiij.q.j.cæpit: hoc tamen non fa-
teor nisi de excōicatis, & hæreticis; & sic loquitur.c.ex-
pit.nam ab alijs etiā laicis in necessitate eucharistia su-
metur.nam, ut quidam dicunt, ipsemet assumere sibi po-
test xxxij.dis.§.uerum:tamen ille.§.loquitur tantum de
sacerdotibus fornicatoribus, & simoniacis, non de lai-
2 cis. ¶† Sacramentum uerò baptismi & ab hæretico in ne
cessitate sumi potest.xxiiij.q.j si quem forte. socio autē
confiteri quis potest in necessitate, de pe.di.j. quem pæ-
nitet: sed non absoluetur ab eo: & etiam pænitentes re-
conciliari possunt à socio; quod quidam intelligunt ēt
de excōicato, de conse.dis.iiij.sanctum. hoc tamen capi
tulum quidam intelligunt de reconciliatione, quæ fit p
confessionē, non de illa, quæ fit ab excōicatione, quam
nō nisi eps, uel sacerdos facere potest infrà de sen.excō.
nuper, in fi.& c.de cætero, ubi no. ¶ Et idem dicūt in qua
libet absolutione, uel reconciliatione spirituali, cū hoc
pertineat ad potestatem clauium, quæ nō cadit in laicū,
ar.xx.di.§.j.xcvj.dist.cum ad uerū.excipimus in his abso
lutionem, quæ fit in baptismo etiam per laicum pp ne-
cessitatem sacri.xxiij.q.j.si quem.idem in unctione olei
sed de omnibus, quæ spectant ad officium præsbyteri, il
3 lud solū licet laicis, quod de iure exprimitur. ¶† Subeat
] hic habes, q̄ simplices sacerdotes non cōferunt cha
racterem sacramenti chrismatis, ar.lxxx. dist. quamuis:
4 ¶† Sed nunquid ex delegatione, uel auctoritate domini
Papæ possent conferre? & quod possunt, est arg.xcv.di.
peruenit. & concordant oēs doctores, q̄ ex delegatione
epōrū nō licet, nec unquam licuit. de papali auctoritate
dixit Ala.q.d nō pōt. Siluester dixit, q̄ ex delegatiōe dñi
papæ, & adminiculo sacramenti habiti qlibet clericus
pōt, qcqd hēt, ipse cōferre: quod uerò non hēt, minime,
ar.q.vij. Daibertum. & si dñs Papa primò cōferret pre-
sbytero potestatē chrismandi, & postea auferret, nihil
cōferret sic.sed si ,phiberet epō chrismare, & contēpta
,phibitione cōfirmaret, imprimeretur character, ut.j.q.
5 j.quod qdā.ix.q.j. ordinationes. ¶† Rō diuersitatis, qa
eps pōt cōfirmare ex officio, & ordine. sacerdos alius ex
deleg.& adminiculo habiti sacramenti. mandato ergo
sublato nihil pōt. alij dicūt, q̄ si papa ,phibet epm chris
mare, q̄ postea chrismando nō confert characterē. licet
.n. papa non pōssit tollere sacramentū cōfirmationis, po
test tamē cōtra illud, ut in forma, & in psonis, & in die-
bus, à qbus & in qbus cōferri debeat, suas cōstitutiones
facere, ut no. infrà de bap. c.j.& si pōt circa psonas con-
ferentes aliqd statuere; ergo certe psonæ, uel ēt epō po
test potestatē conferre chrismandi. Itē dicunt in bapti.si
mo ¶ Tamen si papa talia faceret sine cā magna & alijs
nota, non debet sustineri tanquam
faciens cōtra generale [a] statutum
ecclesiæ. de episcopo autem non
credunt, quòd si prohibet aliquē
à baptizando quòd propter hoc
minus baptizatus esset. non enim
episcopus potestatem habet super
hoc aliquid constituendi, sicut pa
pa hoc autem dicunt papam posse
per illud priuilegium ei diuini-
tus datum, quodcunque ligaueris
super terram &c. quod sic intelli-
gitur, quodcunque ligaueris per
constitutiones uel præcepta. ei.n.
in omnibus obediendum est in spi
ritualibus, & in his, quæ ad animā
spectant, nisi contra fidem, uel ei
specialiter prohibita sint. ¶ Et qui
dem satis bene uidentur dicere in
eo, quòd dicunt, quòd possunt fa-
cere constitutiones summi ponti-
fices super premissis, & eis factis, si constituatur, quòd
non ualent sacramenta à talibus collata, non ualebunt.
¶ Item bene fatemur, quòd possunt episcopos prohi-
bere à chrismando, uel sacerdotes à baptizando. sed
in hoc non ualet prohibitio sine constitutione, q̄ non
teneat sacramēti collatio, ēt si fiat cōtra mandatum epi.

a ¶ *Generale. & sic papa non potest statuere contra generalē ecclesia. adde Bald. in l.q. uer sed dubitatur C.de in. aure. annul. ab. in c. quæ in ecclesiarum, col.iij. suprà de consti.uer. secundo, limitarem, & in c. si quando, supra de rescri. & in c.cum para ii, col.ij. infra de app. & per Feli. in d.c. si quando, col.x. suprà de rescri. & idē Feli. in d.c. quæ in ecclesiarum, co.xvij. in prin. uersi. limita tertio.*

S V M M A R I V M.

1 *Capitulum potest locum aliquem interdicto supponere.*
2 *Suspenso interdicto an interim possit appellari, ut releuetur interdictum.*
3 *In interdicto non licet per priuilegium cantare diuina officia ianuis apertis.*
4 *Ad papam pertinet extirpare uitia, & malas consuetudines.*

Vm inter uos generale] Quod interdictum
generale, quod particulare dicitur, no. infrà de
uerbo. signi. cum in partibus Ab episcopo] &
ideò admittuntur canonici, ut non solum agant de in-
terdicti sui obseruatione, sed etiam episcopi, uel potius
ut accusent de uiolatione: quia hæc accusatio publica
est, uel actio popularis: uel iō admittuntur: qa aduersa-
1 rius uult respondere: sed si nollet, nō cogeretur. ¶† Vo-
bis] hic habes, q̄ capitulū locum aliquē interdicto sup
ponit. silr & decanus infrà de ap. dilectis cōtra de his, q̄
fi. à ma.par. c q̄suit infrà de exce.præla.c.j. ubi dr, q̄ so-
lus eps hoc non possit sine cōsensu capituli. So. nec eps,
nec inferior prælatus hoc pōt sine consensu capli, nisi
aliud ex priuilegio, uel cōsuetudine prescripta habeat,
argu. ad hoc.xv.q.vij. eps nullus, & infrà de his, q̄ fiunt à
pla. quanto, & ad hoc no. infrà de exces. præla.c.j. In ci-
uitate] Qn̄ locus interdicitur, clerici in alijs locis ce-
2 lebrare possunt. ¶† Licitum] Quid si suspendat interdi
ctū, nunqd interim pōt appellari, ut releuet interdictū?
Respō. nō, qa licet suspenso interdicto de gr̄a possint ibi
celebrari diuina. ecclia tamē sp manet interdicta infrà
de priui. cū & plātare. §. & si tēplar. j. nec.n. nouū est po-
sterius interdictū, licet interim eius executio suspenda-
tur, ar. ff. de preca. sed si manente, & .ff. de pecu. peculiū. 1
§. si ero; & sic cum maneat interdictum appellari non
3 licet. ¶† Rumperetur] Ar. quòd per priuilegium non
possunt cantare ianuis apertis infrà de priuileg. q̄ qui-
busdam. dic ut no. infrà de priuile. ut priuilegium. &
ideò non ualet consuetudo contraria, tanquā quæ indu
cit grauamen ecclesijs. suprà eo. c.j. uel quæ est ꝯ bonos
4 mores xij. dist. illa. ¶ † Duximus] Quō est hoc, o licet
tantum ageretur ad obseruantiā interdicti: tamen Papa
irritat cōsuetudinem, ad quod actum non erat, nec esse
non debet infrà de simo. licet. Solu. cum consuetudo
esset

esset notorie mala, ut hic docetur, & domini Papæ officium sit extirpare uitia. j. de his, quæ fi. à prᴂla. quanto, non debuit expectare, q agcretur ad hoc: sed quomodo cunq; ei innotuerit, debet illa eadem remouere. xxiij. q. iij. eccle. & ad hoc est. C. de sacros. eccle. l. nouatione. j. eo. cum uenerabilis, cum cõsuetudinis, & c. pe. ubi enim est cõtentio, an aliquid possit esse de iure, nec ne, nõ est ordo iudiciarius requirendus, qualis est, consuetudo talis ualeat nec ne, ut in dictis decre. ar. infrà de fi. presby. quoniam sacris.

non elegerunt infrà terminum sibi assignatum à Papa, quòd ex tunc omnes simul admittantur, & eligendi potestas ad omnes reintegratur, quare non idem esset multo fortius in termino iuris? alij tamen dicunt, & forte bene, quòd illis, qui non peccauerunt, non incipit currere tẽpus, à die cassationis, uel renunciationis, uel non admissionis, sed à die primæ uacationis: tñ tempus illud, quo secundi non ꝓcesserunt ad electionem: quia forte dubitabant de prima electione, an teneret, uel de primis electoribus, an essent priuati ptãte eligendi, non computaretur in tribus mensibus deputatis electioni: imò subduceretur. j. de concess. præben. quia posset dubitari, ꝙ electio teneret: uel ꝙ non essent electores priuati ptãte eligẽdi: quia forte dubitabant de natalibus electi: uel etiam dubitabant, an habeat dispensationem: & tales dubitationes fauorabiles sunt, ut non fatigetur ecclesia laboribus & expensis, quas incurrit ecclesia magis, si fuerint duo electi in discordia, quã unus. fatemur tamen, quod, si certum esset, quod electio prima non teneret, & quod electores essent priuati ptãte eligẽdi: qa tunc prædictũ tẽpus nõ subduceretur, nisi eligerent electorious aũt nõ est fauorabile hoc credere, imò contrarium: tñ & si non hñt illum, de cuius natalibus dubitãt, possent hẽre multos alios. unde ius ꝓsumit eos scire impedimentũ, nisi ꝓbent cõtrariũ. s. eo. innotuit. nec excusantur, si credunt eum hẽre indulgentiam, nisi in ueritate habeat, ut hic, ar. vij. q. ij. dilectissimi. ¶ † Sed quid dices, si quæ factæ sunt electiones ex intetuallo: sed primò eligentes sunt priuati ipso iure potestate eligendi: uel etiam ipsis currit tempus trimestre; alij autem, qui non peccauerunt in electione, licet electio sit cassata ex alia causa, non currit trimestre tempus, nunquid in isto casu eligent isti soli, an omnes simul eligent, cum iã in una electione priuati sunt ptãte eligendi. Rñ. oẽs simul: quia capitulum dr̃ amittere, uel retinere electionem, & ipsi in prędicta electione, quã ꝓsecuti sunt, finguntur capitulũ. item sæpe in negocijs coniunctis aliud accrescit alicui propter socium. ff. si ser. amit. si cõe. ff. de bo. pos. contra tab. non putauit. §. in adoptione, &. §. seq. cũ suis concor. [elegerunt] illæ electiones cassatæ fuerunt primò, & postea omnes canonici de utraq; parte, qui erant in curia, cum potestatem haberent ab omnibus absentibus eligendi, simul conuenerunt in unum ad tractandũ de electione, & non potuerunt concordare. & hoc est, quod sequitur &c. & sic cõtinetur in integra. uel dic aliter ut in glo. de una [tractauerunt] primo cassatis superioribus. ¶ Concordes] de una persona. utraque tamen pars processit ad electionem, quæ sibi placuit, quæ postea similiter cassatæ fuerunt, uel partes discissæ eis noluerunt innitti. aliter enim uidetur, ꝙ malè dicat, qđ sequitur, ꝙ non secunda, sed tertia imminebat facienda. absurdum. n. uidetur, si quilibet tractatus electio diceretur, & post unũ tractatum habitum illi, qui primò peccauerunt, ius eligẽdi recuperarẽt. alij dixerunt, ꝙ post tractatum, ẽt si neminẽ eligant, recuperant ius eligendi, & appellant hic secundã electionẽ, & tertiam tractatũ illũ qui habitus fuit de electione, & totum, quod fit in uno termino assignato ad electionem faciendam, & nõ simpl'r fit, ꝙ una uice uel duabus, dummõ nõ perficiatur & soluatur terminus assignatus. hi tamen electores, sicut oẽs alij primum terminum habuerunt à iure, & ita illum elegerunt; & ille terminus hic appellatur prima electio, sed cassatis illis electiõibus Papa iterũ dedit eis alium certum terminum ut eligerent; & hic similiter secundus terminus dicitur hæc secunda electio, siue elegerint, siue non & tunc tñ dices secundã electionem factam, qñ terminus uel iuris, uel hoĩs sic elapsus erat, ꝙ ulterius eligere nõ poterant, & oportebat eos habere de nouo nouam sñiam eligendi. sed primo dcm̃ uerius, & hoc solũ. s. ꝙ electiones celebratæ fuerunt ẽt secunda uice, quia unus terminus electionis transit, iustificat sñiam Papæ: quia oẽs simul censuit ad electionẽ admittendos. ¶ Quidam tñ dixerunt, ꝙ illud, quod fecerũt nõ delinquentes ad electionẽ admittendo delinquentes iustificauit sñiam. reddit. n. non delinquentes inhabiles ad excipiendũ cõtra delinquentes. † Sed cõtra vr̃, ꝙ factum ꝓcuratoris, uel dolus non debet obesse dño. j. de offi. dele. cum olim, in fi. ff. de pecu. ignorantis, quãuis posset responderi, ꝙ iste erat ꝓcurator generalis, cuius, dolus & factum domino obest. ff. de tribu. procuratoris. sed nos bene dicimus, ꝙ hæc ratio Papam non mouit, cum ꝑ hoc eorũ iuri non præiudicaret, & aliã rõnem Papa assignat. [& hi] . s. prior, & sui [asserebant] quando tertia electio facienda imminebat [ꝙ illi] . s. archi. & sui [hominẽ] . s. decanum Salubrien. ¶ † Primã electionem] ex hoc . s. ꝙ priuatos admiserant ad electionem, vr̃ ꝙ si facta esset electio, nõ erat confirmanda, arg. j. eo. Massana: ar. j. de offi. dele. cũ super abbatia. sed tu dic sic, ꝙ qñ teneret electio, secus in iurisdictione. nec obstat decre. Massana: qa ibi erant admissi laici scienter, & tanq̃ ius habẽtes in electione, quod est ꝓhibitũ in iure. lxiij. di. Adrianus hic aũt admissi sunt clerici, q non ꝓhibentur à iure interesse electionibus, & ẽt illi, q de grã & nõ de iure uocantur. lxiij. dist. c. pe. & iõ prior & sui, q de grã admittebant alios, non ꝑ p hoc debuerunt priuari ptãte eligendi cum bene potuerint suo iuri renunciare. uel dic, ꝙ hic Archi. & sui non erant priuandi ab eligendo cum alijs, quia nõ cõstabat, ꝙ scienter elegerint indignum, s. decanum, imò dicebant se credere eum hẽre dispensationem Papæ. ¶ Imò plus dicunt quidam, sed male, ut nobis vr̃, ꝙ licet scienter eligentes indignum sint ipso iure priuati potestate eligendi infrà eod. scriptum suprà cum in cunctis. tamen nisi hoc constet per confessionem solemniter factam, uel per sententiam, sine illis eligere non possunt, cum sint ipsi in quasi potestate eligendi. viij. q. ult. nonne; & si fecerunt, non tenebit electio: quia cum debeant uocari, & nõ sint uocati, cassari debet electio. j. de causa pos. cum ecclesia. j. eo. quia ꝑ p. ¶ Sed cõtra: ad quid ergo sunt priuati ipso iure? Respon. ad hoc, ꝙ si in sñia non dicatur, sint priuati, uel nos priuamus potestate eligendi, ex quo tamẽ dicit, cassamus electionem uestram, quia scienter elegistis indignum, ulterius ad electionem eos admittere non tenẽtur: [illegible] facti quidem quæstio &c. ij. q. iij. §. notandum. & nos ẽt hæc uera dicimus, ubi agebatur contra canonicos. si aũt cõtra electum agenetur, sic iudicaret, cassamus electionẽ de te factam: quia scienter te indignum elegerunt, non præiudicaret canonicis electoribus: quia res inter alios &c. j. de re iudi. cum super ¶ Itẽ & si quando ageretur cõtra electores decani, & simpliciter petatur cassari electio, & nõ ex hac causa: quia scienter elegerunt indignum, licet postea iudex hoc in sñia dicat, non eis præiudicat cum nõ potuerit prouidere, ut sup eo, de quo actum nõ fuerat, se defenderet. Alij tamẽ dicunt in hoc articulo, ꝙ ex quo gñalis fuit petitio, & maximẽ quia à [illegible] ꝓsit, potuerit appellari; imputandum est eis, si non adducant omnes probationes sibi utiles, uel ad minus si non appellant, arg. C. de anna. except. l. ult. ff de iudi. l. solemus. ¶ † Sed oppones contrà. cum ad hoc non sit actum, ut priuentur potestate eligendi, quo sñia in hoc potest

potest præiudicare contra id, quod legitur infrà de sym.
5 licet? † Item super petitione, nõ super causa pronunciã dum est, ar. prædictæ decre. Ad hæc duo sic respondeo, q & si ad priuandum eos ab electione expresse non agatur, pro consequentia tñ agitur: quia unũ ex altero sequitur, & sic sunt connexa sicut infamia sequitur damnatũ furti, licet non ad infamiam irrogandam agatur, sed ad pœnam furti exigendam. ff. de fur. non potest, ar. ij. q. iij. § notandum. iij q. 6. hoc quippe. Item magna differentia est, ex qua causa damnetur quis. nam si damnetur crimine stellionatus ex cã, uel crimine, quod infamet, ut quia dolo aliquid fecit, infamia ex tali sententia irrogatur. si uerò ex ea cã intentetur crimen stellionatus, quæ nõ infamat, ut quia rem obligatam sibi alij obligauit, infamia non irrogatur: quia nulla cõtraria infamat, ff. de cri. stel. l. j & ij & i j. 9. nos autem nos dicimus, q electio facta, suspensis non uocatis non tenet etiam antequam per sententiam priuentur, quod expresse colligitur j. e. bonæ. nec obstat decr. j. de causa pos. & propr. cũ ecclesia. ubi dr̃, q non debent priuari possessione ante sententiam: quia licet suspensi non debeant interesse electionibus, possunt agere possessorio, ut restituantur in possessione eligendi, cum sint possessione eligendi priuati, licet non aduocent eos ad electionẽ [cum illi] illi tñ, qui eligunt, bene fatentur eos esse in possessione eligendi. uel dic, q prædicta decre. cum ecclesia, non obstat, quia ibi neque iure eligendi, neque possessione priuati erant: sed hi à iure priuati. erant potestate eligendi, ut patet ex iuribus præallegatis. ¶ Et si obijcias. non erant priuati possessione, licet proprietate, uel potestate eligendi respõdeo, q i incorporalibus hoc ipso q fertur snia cõtra aliquem licitè ei illud ius denegatur, ut no. j. de conces. præb. cum nostris. Item nec ego sine alijs eligendo priuo eos possessione: sed dico, q in præsenti electione pp delictum suum uocem nõ habent. ¶ Item non ob. c. nonne: quia hi electores nihil subtrahunt, si iure suo utuntur. unde crederem, q si suspensi uenirent ad eligendum cũ nõ suspensis, q non deberent eis uim inferre, si eligant & iure suo utantur. quia nihil eis obest eorũ præsentia: sed faciant protestationem, q non consentiunt, q electioni intersint, & contra eorũ uoluntatem intersunt. Item illud c. nonne, loquitur in his, quæ fiunt ratione publici officij. electio autem ad canonicos non pertinet ratione publici officij, ut nota suprà eod. de consuc. cum dilectus. ¶ Sed quid dices de occultis excommunicatis, nunquid eis non uocatis procedent non excommunicati? ar. quòd non 6. q. 3. c. 2. & 3. Resp. sicut in superioribus suspensis, s. q eis non uocatis procederent non excommunicati. prædicta autem capitula nõ obstant: quia loquuntur, quando non potest probari excommunicatio hoc autem intelligimus, quando probari potest quòd sint priuati ipso iure. quia si probare non possunt, tam in primo casu, quam in secundo punientur. Item nec obstat ij q. j. nos in quẽquam. quia ibi loquitur de condemnando. hic autem loquimur de iam condemnatis à iure, licet non ab homine. [Admiserunt] & ideo interesse potuerunt, quia non suspensi, sed prior & sui, quorum erat electio, eis de suo gratiam facere potuerunt. sed si ad Papam, uel ad alium deuoluta esset eligendi potestas, tunc si eligerent, non teneret infrà de supple. negl. præla. c. pen. [illos] .s. Archi. & suos [celebrandam] i. ad tractandum de secunda electione, qui tractatus habitus fuit in curia, nec habuit effectum, unde dicitur infecto negocio, uel aliter, ut hic notatur [cõcilij] suprà eod. cum in cunctis [huiusmodi] scilicet qui eligunt illegitimos.

S V M M A R I V M.

1 *Simoniacum scienter eligens beneficijs ecclesiasticis se reddit indignum.*
2 *Confessio extraiudicialis sufficit ad priuandum quempiam futuris beneficijs.*
3 *Confessio coram seculari iudice non sufficit, ut quis ab episcopo condemnetur.*

PEr inquisitione; idest iacta inquisitione [R. olim] hoc solũ in tñ uitiabat electionẽ ipsius q sufficiebat ad cassationẽ ei⁹ & ad faciendũ culpabiles electores hoc scientes. j. q. j. nullus [per ambitũ] C. de epi. si quenquã ad hoc ipsum ẽt sufficit, qđ dicitur de precibus amicorum, si essent pro indigno scienter. j. q. j. de ordinationibus, & c. ordinationes [expressis] in actis ipsius inquisitionis [ipsum] C. [seque] s. Mascaron] primę] bis. n. fuit electus in episcopũ sed prima electio fuit cassata [eredens] s. Mascaron. & sic mala cõscientia elegit eũ, unde ad gehennam ædificauit. 28. q. j. §. ex his. [ipsemet] Mascaron [eius.] R. episcopi. [recipiẽs] hic cõmisit furtum contrectando rẽ alienam inuito dño. [talem] s. R. tã criminosum [eligendo ipse Mascaron.
1 ¶ † [Ecclesiasticis] 23. q. 3. ecce, & q. j. subdi, in auť. de epi. §. si uero criminen. ff. de iure. si duo. C. de lib. cau. iubemus. xj. q. j. statuimus. pp prędicta crimina non solum debet puniri, ut de cætero ei portæ dignitatis non pateant, ut C. de digni. l. 3. sed etiam præteritis beneficijs in perpetuum spoliari, maximè cum fuerint magna crimina & manifesta p confessionem eius j. q. vij. si quis omne. xv. q. vij. si quis presbyter. l. distin. de his uerò, ueruntamen oportet cum eo agi suo ordine uel inquirendo, ut hoc, uel accusando, ut deponatur. si enim ad hoc non ageretur, quomodo feretur in eum sententia, quia debet ferri secundum modum agendi infrà de symo. licet? præterea cõfessio facta in alio iudicio non præiudicat infra de iudi. at si clerici. ad idem infrà de or-
2 di. cog. cũ dilectus. ¶ † Sed nos bene
2 credimus,[a] q sola cõfessio etiam extra iudicium facta sufficiat ad priuandum eum futuris beneficijs, cũ per confessionem talem incurrit infamiam facti, cuius effectus est abstinere a beneficijs. C. de digni. l. iij. & etiam ad priuandum iam habitis j. de confes. cum super infra de exces. præla. quam sit graue; & ad idem ii. q. j. mult. ff. ad l. Aql. proinde. §. ult. j. de

2 *¶ Bene credimus. Aduerte in hoc, quia Innocẽ. met. in c. quam sit, de exces. præla. uidetur sentire contrarium in hoc. Sed pro concordia uide Abb. in c. at si clerici, col. 4. uer. sed quia supra de iud.. & per Fel. in c. de hoc infrà de symo & ibi latiss. me, quã uidetur uĩ hẽat cõfessio extraiudicialis. Et ultra ibi dicta per eum adde d. Maria. Soc. in consi. viij. col ij. uer. præterea, ubi, quòd quando talis confessio habeat oĩa requisita, quòd in criminali plene nõ probat. Et quãdo præiudicet in criminali uide ẽt late per eũdẽ Fe. in c. olim, el. j. col. ij. uer. est igitur, supra de resc. et aliquid per Alex. in cõ. 114. col. ij. in fi. in quarto uol. et quòd sufficiant ad priuãdũ beneficio, nõ aũt ad pænã ordinariã, adde d. Ro. de cis. 284. & ad dictũ Inn. hic inquantũ dicit, quòd talis confessio inducit infamiam adde Abb. in d. c. olĩ. de rescr. col. ij. Et uide Corse. in sua repertorio. in uer. confes. col. ij. uer. per confessionẽ adde tamen, quod cõfessio extraiudicialis in delictis quo ad forum ecclesiæ fauore animæ plenè probat, uñ Bal. in l. j. co. 4. C. de sal. ca. adde. leg. & Bar. in l. cum quis. §. codicillis, col. pen. uer sed hoc facimus. ff. de leg. iij. Flo. in l. §. si quis testamentum. ff. ad l. Aquil. Lanfran. in c. quoniam contra, in uer. confessiones j. de prob. & Alex de Imo. in l. capite quinto in addi ad Bar. ui de. ff. de adul. & in l. magistratibus, & ibi moder. ff. de iur. om. iudi.*

j.de proba. per tuas.C.de non nume.pec.gñaliter. ¶ Et hæc sont uera,dũmodò coram non prohibito iudice fecerit confessionem & est necesse,q̃ cõfessio fit ex cã expressa,licet extraiudi.ut in l.generaliter:uel solenniter ut 3. q.ix.si debitum.nec facimus uim, utrũ scriptura interuenit,ne ene in confessione facta extra iudiciũ,ut ur sonare.l.illa generaliter,in prin. quia in eisdẽ l. gñaliter loquitur.¶ Item ad probandum aliũ intellectum confessionis necessaria est scriptura,ut in ea.l.dr̃,quod tñ intelligendum est,qñ confessio edita erat in scriptis:sed si sine scriptis facta erat,sufficiunt testes,uel alia probatio sine scriptis.& non obstat ei,qđ diximus , q̃ confessio in alio iudicio non præiudicat.j.de ord.cog.cum dilectus: quia ibi non fuit confessus.sed eo absente & non uocato cõtra eum probatum est crimen.imò plus dicimus, quòd si contra eum agentem & præsentem & se defendentem probaretur crimen,nisi ageretur de crimine & criminaliter, non debet puniri,cum ꝯ probationes,siue sint testium, siue instrumentorum,multa possunt obijci , quæ etiam si aliquando taceat is,contra quem producuntur, non debet puniri,nisi in quantũ modus agendi patiatur, sed in confessione,ubi quis non potest propriæ confessioni ꝯdicere,secus.C.de non nu.pe.generaliter, in fi.sed j. de except.denique,expressè dicit,q̃ etiam si confiteantur, nulla pœna sibi imponitur,sed solue,ut ibi ¶ Sed quo respõdebitur decre.at si clerici,dicimus quòd confessio corã seculari iudice non sufficit,ut eps condemnet eũ:sed uocatus ab epo requiritur de crimine , quod confessus est coram seculari iudice;& si uellet uariare, non admitteretur,nisi probet,quòd ẽt alio casu intelligatur cõfessio sua, ut in l. generaliter.uel ibi ᵃ fuit uiolenter tractus coram seculari iudice , & etiam sic,ne in aliquo laicorum iura super clericos approbentur. Itẽ decr.cum super eo, & quàm graue est,intelligo,ut ibi no. & quemadmodum diximus in iudicio per cõfessionem necesse extra iudicium factam,sic dicunt quidã de instrumento,q̃ probet in alio iudicio,ut not.j.de fi.instru.c.j. de testibus , si fuerint publicati,ut not.j. de testi. Albericus.& idem in sententia siue interlocutoria,siue diffinitiua,siue excommunicationis.nam & in alijs iudicijs obstant.j.de appe. pastoralis.4.q.3.§.item.l.ff.de iu.priua.l j. sed solutio præcedẽs nõ satisfacit huic decre.cum hic sine aliqua accusatione fuerit amotus.¶ Respon. dicendum est ergo,hic idcircò condemnauit eum,quia crimen , quod confessus est,tangebat crimen , de quo fiebat inquisitio:alias autẽ secus est,ut infra no.de cõfe.cũ super uel dic, licet non possit imponi ei ordinaria pęna,potest tamen ei imponi extraordinaria j.de excep. c. j.uel dic,q̃ hic,de quo agitur, confessus est crimen suũ, & ita cum sit notorium,iure potest inde puniri, sed condemnari de crimine nõ põt,cũ non sit accusatus criminaliter,seu admoueri bene põt,ẽt si ciuiliter agitur.j. de acc. inquisitionis,& maximè ex quo crimen, quod est confessus,tangit cãm,de qua agitur,ut hic j. de excep.denique

a ¶ *Vel ibi. Pro intelligentia Inno. hic uide Abba. in d.c. at si clerici,co.4.circa me di.& de ista cõfessione facta coram incõpetenti.adde Inno.in c.qualiter & quando el.ij.infra de acc. & latissime per Fel. per Alex.de Imol. in consi.13.col.4 uersi. fortificari etiam, & & in consi.t 16.in j. uol.4.in j.uol. & in cons.19.in 4.uol.col. 4.in prin. Et adde,q̃ talis confessio facta coram incompetenti habet uim confessionis extraiudicialis , ita Fran. de Are. in cons.26.col.fin. allegat Inn.hic uide ipsum in consil.cl. Vide Bal.in l.magistratibus,de iurisd. om.iu.*

Vel dic, quòd etiam hi de leg. contra Masearon ordine iudiciario procedant[amouentes] eo tamen uocato,& si uellet ostendere confessionem suam in alio casu intelligi,audiretur.C.de non nu.pecu.generaliter .

SVMMARIVM.

1 *Ad ecclesiam regularem nõ tenet electio facta de non regulari.*
2 *Clericus secularis esse non potest clericus in monasterio .*

Cum causam.[Per multa] ista consuetudo est cõtra bonos mores,& contra ius eõe.xv.q.j. nemo, & c.presbyteros.18.q.2 peruenit;& ideò non est seruanda.12.dist.illa ad idem s̃.de consue. ad nostrã , & c cũ uenerabilis[quid sit]93.dist.legimus.ff.de offi. præ si.sed licet[in boue.]16.q.ulti.in noua[irriteris] † quia ad regularem ecclesiam non tenet electio facta de non regulari infra eo.officij[profiteãtur]est autem in optione monasterij,ut clericos illos non recipiat in professos si sibi placet, nisi recepti essent in probatione , sed tunc in eorum optione relinquetur dimittant] not. † quòd nullus secularis clericus potest esse clericus in monasterio , quod intelligo sic , quòd habeat ius in participatione spiritualium, sicut est habere uocem in electione prioris,& huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 *Prælatorum electioni interesse possunt laici si hos habent de iurisdictione sua .*
2 *Iura spiritualia in non spirituales & non consecratas personas non honeste cadunt.*
3 *Imperatores dicuntur eligere , uel confirmare uice Papæ , & non sua .*
4 *Contempti,si nolunt,possunt facere electionem factam eis contemptis cassari.*
5 *An si mortui sint eligentes, & uiuant contempti possint electionem ratificare .*
6 *Venditio insta,uel alius contractus beneficio resolutionis rescindetur.*
7 *Electio dicitur large,stricte,& strictius.*
8 *Electio uix dicitur esse,nisi omnia iura solemnia obseruentur .*
9 *Ab initio contradicere intelligitur si usque ad consecrationem contradicatur.*
10 *De forma omissa agi põt etiam post confirmationem & consecrationem.*
11 *Vbicunque circa electionem dolus expressus admissus est, semper renunciare tenentur.*
12 *Quilibet celebrantium celebrat,licet unus solus specialiter celebret.*
13 *Potest episcopus absque pallio ordines conferre in episcopatu alterius,sicut missam celebrare .*

Quod sicut [uerum] Sed quæres,quomodo audiatur accusatio de hoc crimine, s. q̃ non fuit canonica electio pp nominationes præcedẽtes post consecrationem contra id, quod not. in hoc c.in glo.quæ incipit,canonica hæc.Respõ. hoc crimen,quod obiiciebatur,tale erat,s.intrusio,cũ alius deberet esse eps,quod si uerum esset,etiam tunc audiri debebat.Item sicut hic dicitur,q̃ non fuerunt ad accusationem admissi.sed quæ sequuntur,obiiciebantur cõtra Amachanum electum,qui de eis accusabatur , uel denunciabatur,& etiam de contemptu poterat ciuiliter agere implorando officium iudicis , ut eius electio cassaretur [nihil] 16.q 7.cõtra sanctorum contra 2.q 6.ei qui uer.

nomina-

nominationes hoc secundum iura Innocentij intelligo verum, si tractando, uel deliberando tamē nominat. ali quē. nā si post tractatum quilibet diceret, ego eligo talem, benè uim electionis obtineret fm alia tpa, ut exps. se habes. j. eo. cū in iure, &. c. uenerabilem [in ecclesiā]

1 .i. in illo loco cathedrali. xxiij. dist. nomine. ¶ † Nominatio .s. episcoporum. lxij. dist. Adrianus. nā electioni aliorum prælatorum interesse possunt laici, si hoc habent de iurisdictione sua. j. de iure pa. nobis. & quidam dicunt idē in epis. sed decre. hodie hoc non tm̄ prohibent in episcopis, sed et in omnibus prælatis in ecclesijs collegatis infra eo. sacrosancta. mors autē defuncti prælati potest nunciari principi, & eius consensus requiri, si de consuetudine, uel priuilegio hoc habet princeps, & si fiat electio contra consuetudinem, uel priuilegium, cassabi

2 tur. lxiij. dist. in. lectis. xviij. q. ij. abbatem. † Iura enim spiritualia in non spirituales & non consecratas personas non omnino honestè cadunt, & hoc statuere ius naturale suadet infrà de iudi. c. ij. & hoc intelligitur esse uerū, quod nō potest interesse electioni tanquam ius habens in electione: quia si haberet potestatem, per eum contrahetur matrimonium, uel aliud uinculum inter prælatum, ul canonicum, & ecclesiam. s. eod. cum inter ca. quod esse non debet. præsentare autem ad aliquam ecclesiam, non est spirituale, licet annexum sit spūali, nec contrahitur aliquod uinculū inter præsentatū, & ecclesiā, cum nihil sibi iuris acquirat. j. de iure pa. pastoralis.

3 ¶ † Sed quid dices de Imperatoribus, quibus concessum est à summis pontificibus. lxiij. dist in. Adrianus, & c. seq. respon. quia ibi faciebant uice Papæ, & non sua. uel dic, quod per eorum electionem & confirmationem nō contrahebatur aliquod uinculum inter ecclesiam, & electionem, sed per consecrationē tm̄, quæ per spirituales personas fiebat. & dicemus, quod ex inuestitura regum, uel electione non habebant instituti ab eis aliquod ius spirituale: puta quod possent conferre ecclesias, uel canonicatus, uel ordinare clericos, uel hmōi. ptātem aūt horū recipiebant à confirmatore, uel consecratore, uel quocunque alio ministro spirituali, & ecclesiastico. per inuestituram aūt laicorum poterit recipere uasallagia, & alia temporalia [periculo] ¶ Nota. q si quis non possit uocari sine periculo, uel uenire nihilominus præsentes possunt procedere in eorum absentia. sed hoc ultimo casu citandus est, & citatus uices suas pōt cōmittere. j. eo. qa pp.

4 ¶ [Infirmanda] No. hic q isti contempti post confirmationem & cōsecrationē, si uolunt, facient cassari electionem factam eis cōtemptis, & p cōsequens amouebit de [illegible] licet confirmatio & cōsecratio ritè factæ fint: qa ad ea non erant uocandi: sed hoc est ea ratione: qa electione cassata constat oia consequentia per obreptionē obtenta. & uidetur hac rōne, quia amouendus est, q licet Conciliū prouinciale de hoc possit cognoscere, non tamen diffinire. j. de cleri. non resi. ex tuæ. iij. q. vj. accu-

5 satus. ¶ [Propter bonū pacis] & sic contempti nolint consentire, eligentes aūt uelint resilire ab electione, non possunt. s. de elec. cum inter ca, arg. ff. de ser. rust. prædi. per fundum, licet sit argu. contrà. supra de postu. bonæ. [illegible] n. quanto. sed quid si mortui sint contempti, dicimus, quod si sint tales successores, qui succedunt in honore & onere, ut sunt abbates, & præpositi tales succedentes, si aliquid factum est in præiudicium dignitatis possunt prosequi contemptum prædecessorum: quia tunc potius dicitur contempta dignitas, quàm persona. electus enim tali contempto non tantum non reuereri uidetur personam, sed nec dignitatem, quos reuereri solent electi. viij. q. ij. dilectissimi, argu. infrà de offi. dele. quoniam abbas, & de of. ordi. pastoralis. finguitur. n. eadem personæ cum prædecessoribus: sed in canonicis secus. nam canonici, qui substituuntur canonicis, non succedunt in honore & onere, sed capitulū eis succedit. j. de testa. relatum. ij. & c. cum consenserit, cōtradicere nomine eorum non potest. ¶ Sed quid si lite pendente moriatur contemptus, uel transeat ad aliam ecclesiam. Rñ. pit accusatio, nec datur snia, si reus, uel accu. mor. fue.

6 l. fi. ¶ † Sed quid si mortui sunt eligentes, & uiuant contēpti, nunquid possint ratificare electionem? dicimus q sic quia consensus eorū retrotrahitur ad tēpus electionis, ar. supra eo. dudum, & quia tenet electio licet possit infirmari. sed ar. contrà. ff. cōmu. præ. receptum. sed ibi nō tenet priorum cōcessio, quousq; sequetur ultima. & pte reā præcedentes consensus trahuntur ad ultimū, quod non est in electione. sed dices, qūo est electio canonica, ubi aliquis eligentium est contēptus, cum ius præcipiat oēs uocandos, qui uolunt & possunt interesse. j. eo. quia pp. &. c. coram dilec. & et cum possit cassari cōtempto perseq̄nte contēptum? ad hoc rñdemus, q electionem canonicam facit mutuus cōsensus capituli, & electi cum forma seruata; quod hic fuit. nam capitulum dr̄, ex quo duæ partes præsentes fuerint. ff. quod cuiusq; uniuer. no. l. nulli, & l. seq. contemptus. n. potest renunciare iuri pro se inducto. j. eo. c. ecclesia. nec obstat, q potest cassari; ergo non est canonica institutio. pōt. n. quæcunq; bona electio cassari pp uitium electi; & tamen non minus est canonica. ¶ Item iusta uenditio uel alius contractus rescinditur beneficio restitutionis; & tñ nihilominus est iustus, ut. j. de in integ. resti. per totum. idem vr̄, si per cōpromissum procedatur, s. q unus solus contemptus pōt reuocare electionem: alius autem hoc non potest: quia hoc non est contra formam, q singuli non compromittant, sicut non est contra formam, q singuli non requi-

7 rūtur ad scrutinium infrà eo. ecclesia. canonica † electio dicit largè, strictè, & strictius. dicit strictius ubi omnia interueniunt, etiam quæ sunt de solennitatibus, quæ à iure præcipiuntur; & sic loquitur capitulum. lxiij. dist. c. j. strictè dicit canonica, ubi omnia interueniunt, quæ sunt de substantia, & non alia, quæ sunt de solennitate; puta sine quibus nulla est electio; puta si omittatur forma infrà eod. quia propter. large autem dicitur canonica, quæ, s. est secundum ius naturale, s. quia nulla est seruata forma: sed tamen consensus electi & eligentium interuenit, & non causa, ex quibus fit nulla electio supra eod. considerauimus. & quidem secundum primam acceptionem non habet locum regula, quæ est. lxij. dist. c. ulti. ubi dicitur, quòd nullus non canonice electus ordinetur; & si contra præsumptum fuerit, deponatur ordinans, & ordinatus infrà eo. ecclesia. ¶ † Et ar. est hic, q

8 uix est electio, nisi omnia iura solēnia obseruantur; & tñ ib non est nulla, nec cassatur electio. in alio autem casu, s. qñ ea interueniunt, quare est nulla electio de iure positiuo, sed alia de iure naturali, tunc distingue: qa si dolus, uel delictum electi, uel eligentium fecit, quòd electio sit nulla etiā de iure naturali, ut qa intrusus est uel simoniace electus, tunc semper habet locum regula prædicta, s. q deponatur ordinans, & ordinatus, nec tenent ordinationes eorum quo ad executiones lxij. dis. c. j. infrà de simo. per tuas. nec potest tenere beneficium per talem dolum quæsitum infrà de renun. nisi cum pridem. §. j. xvj. q. vij. si quis de se. si autem dolus, uel delictum nō fuit tale, q electionē faceret nullam, sed annullandā, ut cōtēptus alicuius, qui electioni interesse debet

tunc

tunc non debet renunciare beneficiū sic quęsitū, nec pec cat tenendo contra uoluntatē cōtēpti, nisi ꝓhibeat̄ à iu dice. licet. n. cōtēptus possit officiū iudicis implorare ꝓ ipsius cassatione: non tñ peccat, quousq; cassetur. hoc. n. officiū iudicis de rigore iuris est introductū. nā de æqui tate esset, ꝙ continentibus cum imponeretur pœna, & non cassaretur electio à maiori parte facta, & et ꝙ non imponat̄ illi, qui nullo mō delinquit, ar. ff. ad municip. l. quod maior. unde sicut cōdēnatus iniuste ad restitutio- nē rei suæ non peccat tenendo eandē rē, si nō auferatur per iudicem, uel dari præcipiatur, sic nec iste, qui iure naturali canonicè electus est, s. per consensum eligētiū, licet iure positiuo cassari possit, ar. ff. de cōdi. indebi. l. iu lianus. ¶ Alij tamē dicunt, ꝙ cōtēptus nō hēt of. iudi. sed tm̄ exceptionē; unde tunc tm̄ cōpetit hæc exceptio, quā do cōfirmatio, uel consecratio petitur. postquā aūt con- secratus est, cū non sit cōtra quid detur, alterius securus manet. Alij dixerunt, ꝙ semp agere pōt, & sic habes ex- presse, ꝙ semper peccat tenendo contra uoluntatē cōtē pti. si aūt ipse erat in pc̄ō, quare cassari poterat, simili- ter sine peccato tenet beneficiū acta pœnitentia. lxviij. dis. sicut semel, nisi esset tale peccatū, quod executionē ēt acta pœnitentia impediret. j. de renun. nisi cum pridē. si aūt delinquit tacendo irregularitatē suam, tunc omni bus modis debet offerre renunciationem suam, & pec- cat tacendo beneficium. sed tamen dispensabit superior in aliquibus irregularibus. j. de renun. nisi cum pridem, §. personæ. sed ordinationes eius executionem habent: quia non erat nulla electio de iure naturali, sed depo- nendus erat. si aūt nulla sit electio pp formam non ser- uatam, uel aliud consimile, consensus tamen legitimus eligentiū, & electi interuenit, qui solus de iure naturali ad electionē, & alios contractus sufficit. j. de transac. in- ter corporalia. tunc uidetur dicendum, ꝙ nisi ab initio se opponat, postea ꝯdicere non pōt. ff. de decuri. l. pe. in

9 fi. ¶ † sic intelligo ab initio cōtradicere, si usq; ad conse- cratione cōtradicatur: sed de hoc plenius no. j. de causa pos. cum olim. & hic ordines confert, & sine peccato in beneficio manet. j. de sup. negli. prala. c. penul. & dici- mus hunc per canonicā electionē de iure naturali inter esse. nec est uerum, ꝙ hic nō habet fundamentū, & iō nō possit super ædificare in ordinibus & alijs. j. q. j. principa tus imò fundamentū habet. s. canonicam electionē de iu re naturali, & facile redit ad ius naturale. ff. de pactis. si unus. §. idem dicimus, maximè ubi non oritur scandalū, nec læditur honestatis publicæ iustitia, nec generalis sta tus ecclesiæ: quod esset, si rediretur ad illud ius natura- le, ꝙ consobrini simul contrahant. j. de resti. spo. lite- ras: uel quod irregulares remanerent in ordine, cū ex hoc ordo dehonestatur. Sed ius positiuum de forma ser uanda inuentum est pp periculum ecclesiarum, q̄ erant in litibus, quæ iam cessant post, quā consecratus est paci ficè. est. n. hoc ius positiuum quasi de rigore iuris indu- ctum. & potest dici in hoc casu, quod post consecrationē de forma nō seruata nihil poterit obijci, arg. ff. de decu. l. penul. in fi. etiam ab his, qui præsentes nō erant. & est ratio, quia suum interesse non prosequuntur: quia nullū est. nec interest ecclesiæ, cū ecclesia in eius consensu ꝑ- seuerauerit, nec interest eius, si bonus est prælatus: & ēt quia semel inqsitus est de forma, ulterius de ea agi non debet, ar. j. eo. cum dile. & no. j. de cau. pos. cū olim. uel

10 dic, ut no. j. de dolo, cū olim † ubi dr̄ plus, post cōfirma tionē & cōsecrationē agi posse de forma omissa. nec mi reris, ꝙ id quod nullū est tractu tpis sit ratū: qa hæc nō est nulla de iure naturali. item hic non est solus tractus temporis, imò est addita confirmatio, & consecratio, ar. in authen. de nup. §. quoniam, in fi. C. de do. donatio. C. si ma. factus ra. ha. l. fi. & de hoc no. infrà eo. bonæ. alij tamen dixerunt, quòd electio, quæ nulla est, nunquam ratificari potest, & nunquam potest illud beneficiū sine peccato retinere, & ordinationes eius executionem nō habent. si autem electio sit aliqua, sed peccatum sit in electione, & sit tale, quod uergat in periculū ecclesiæ, semper proponi potest, & debet, sicut p electionem fiet executio præbendarum. j. de præben. dilectus. si aūt me- tus, uel impressio interuenerit, quare facta sit electio, quia affectata est electio, renunciare tenetur, arg. infrà quod met. cau. c. ij. tamē quia electio aliqua est, quousq; cassetur ordinationes eius tenent. tamen si unus solus coactus est de electoribus, & non tot, ꝙ et ipsis nō coa- ctis nihilominus electio teneret, potest dici, ꝙ hic renū ciare non tenetur: sed si ipse culpabilis fuit in uiolētia

11 inferenda, agat pniam. lxviij. di. licut. ¶ † Alij dicunt, & forte melius, quòd ubicunque dolus expressus circa ele ctionem admissus est, ut in prædictis casibus, semper renunciare tenetur. & eodem modo, si pro se rogasset de electoribus, ar. suprà eod. per inquisitionem. si autem dolus interueniat in mente conceptus, uidelicet de fe- stinatione, uel dilatione electionis: quia æstimabat, ꝙ si modo eligerent, ipsum eligerent, & si differrent, mutarent propositum, uel è conuerso, uel huiusmo- di, uel de obsequijs exhibitis, renunciare non tenetur. infrà. de simo. c. ul. melius uidetur, quòd siue dolus sit in mente conceptus, siue extra ad uerba & ad actus trā siuit, semp acta pœnitentia remanet secure in beneficio. licet. n. peccauerit in ingressu, pp hoc nō tenetur renun- ciare ut in decre. pręall. de simo. c. ul. nec restringo, ꝙ possit agere pniam remanēdo in ordine ad pc̄m tm̄ cō ceptum mēte: imò dicimus, & si sit in uerba & opus emis sum. & illa decre. locū hēt in simonia tm̄ mēte cōcepta. de dolo aūt in cōfirmatione, uel consecratione cōnuiso no. j. de dolo, cum olim metus aūt, si ex eo principaliter habuerit ecclesiā, facit quod eā retinere nō possit, cum non sit ibi liber cōsensus. j. de spō. cū locū. ¶ Itē hunc di cimus solū contēptū posse agere & excipere de suo cōtē ptu cōtra petētē se cōfirmari [missarum] ar. ꝙ in colla-

12 tione cuiuslibet ordinis debet celebrari missa. ¶ † Prin- cipaliter] per hoc dixerunt quidam, ꝙ quilibet celebrā tium celebrat, licet unus solus specialiter celebret: & di cunt, ꝙ si specialiter celebrans nō celebraret, & uer- ba ad conficiēdum apta non dixerit, tamē ad uerba alio rum conficietur: tamē cauti debent esse celebrantes, ut in uerbis confessionis nō proferant principaliter cele- brantē, nec nocet, si concelebrantes eadē uerba repetūt; sicut nec obesset, si idem principaliter celebrans eadem uerba repeteret. alij dicunt, ꝙ sunt tm̄ ad solemnitatē. nec ad uerba eorum conficitur corpus: quia ad hoc non intendunt, nec intendere debent. prius dictū magis pla cet: quia non uideo, quare ad pces aliorū non cōficiatur corpus Christi, cum ibi sit persona apta, s. sacerdos, & materia, s. panis, & uinum, & uerba cum intentione [ne diuidatur] xxiij. distin. quorundam, & vij. q. j. nihil &c.

13 illud. ¶ † pallio,] idest antequam habeat pallium: ta- men sine pallio potest conferre ordines in episcopatu alterius, sicut potest missam celebrare infra de usu pal. ex tuarum alij tamen dixerunt, & forte melius, nunquā ēt cum licentia diœcesanorum pōt episcopale officium exercere ante, quā habeat palliū. nisi auctoritate Papæ, ar. j. de renun ad supplicat onem epos cōsecrare. s. eo. suffraganeis, cōtrà so. ibi [sed tāq̄ archiepiscopus.] xxiij. q. iiij.

q.4.si ecclesiæ.ff.de ad.si patet nec et pôt.nam cum episcopatum non habeat,nec potest episcopale officiũ exercere. Item in archiepiscopali ecclesia non pôt episcopale officium exercere, cum ibi nõ possit exercere sine pallio:quia in eo confertur plenitudo pôtificalis officij in fra.de usu.c.ij.& hac rõne dicimus,quòd mandato alterius epi episcopale officium non poterit exercere.

SVMMARIVM.

1 *Interest appellantis suam defendere appellationem.*
2 *Appellationis forma seruanda in electione.*
3 *Quot requirantur ad hoc, ut electio dicatur canonica.*
4 *Quis habet de capitulo obijcere pô in formam, & personã electi.*
5 *Electio, quæ est ipso, iure nulla, præstat impedimentum & secunda.*

Vditis[attentatam]Hic lege decret.finem,s. nos igitur electionẽ[cum.n.] hic incipit narrare factum[In R.]arch.de quo suprà dictum est. [archidiaconos]plurale debet esse singulare.hæc. n. fuit cã quare malè intelligebatur hæc decre. & falsa scribebatur[aliũ] a magistro.R.de quo dicetur[nominante] nõ eligente,ut ex sequentibus apparet. & nihilominus archi.sed illum cũ alijs nominabat.hunc aũt solus[ad electionem]i.electionis publicationem,q tñ olim necessaria non erat,sed soli consensus sufficiebant ĩ.e.cum inter
1 canonicos alij ecõtra [in electione] R.archidi. [¶ † Prorumpit appellans] iam appellationem istam s.ne decanus procedat ad electionem sine consensu ma.par.ca. tñ appellans poterit prosequi:quia sua inter est suam appellationem defendere.alij tñ dicunt,q non ipse appellans sed capitulum,uel electus eam prosequatur quia eligẽs eligendo functus est officio suo,nec sua specialiter inter est.unde ulterius non habet,quid faciat,ar.ĵ. de offi. iudi.dele.in literis.nec mireris,si alius prosequatur, cum non appellauerit nomine alterius quod non est uerũ cũ n.nomine ecclesiæ faciat electionem,uel eius intersit,appellationem,quam emittit,ecclesiæ noie emittere uř, & non suo,sicut quilibet alius procurator: sed ecclesia eã exercere poterit,s.capitulum,uel maior pars, ar .C. de appel.si actor.tñ ad hoc,ut eam exercere possit, necesse est,q capitulum appellationem ratam habuerit infra x. dies computandos à die,qua appellatum est.& idem dico,si quis appellet,ne fiat electio canonica.ŝ.eo.cum nobis.secus aũt dicendum est,ubi eligens pro iure suo appellaret,quia tunc tm ipse prosequi & renunciare appellationi suæ posset,ar.suprà e. q sicut,§.si aũt ĵ. de appel. constitutus.tñ in hac appellatione modica uis est, quia & sine appellatione, & capitulum,& quilibet,cuius inter est,ĉ electum agere,uel etiam excipere pôt,ac si appellasset,ut no.ĵ.de accu.super his.in hoc tñ ualere pôt appel
2 latio,quia reuocat negocium ad superiorem. [¶ † Non ualebant]in hoc quidã credũt ualere appellationem ta le, Appello,ne fiat electio nisi canonica,de qua dř.suprà e.cum nobis,uel ne sine consensu maioris partis capituli,ut hic,quia si postea fiat minus canonica,uel alias contra appellationem,electio est nulla.quia tñ non esset nulla,sed annullanda,in quibus casibus appellatio non præcessisset puta si esset aliquis cõtemptus suprà e. quòd sicut,uel si esset a maiori parte electus.¶ Sed obijcitur, si appellans remittat appel.tenet electio, uel ratificaretur.non ergo est nulla respon.hoc ideò contingere,quia ratificatur electio ,quia fingitur non appellasse ff. de his qui no.infa.l.furti in prin.¶ Item obijcitur,quare. appellatio faceret electionem nullam,uel alium contractũ, si fit ex iudiciũ non.n. debet auferre,uel diminuere, posse eius,a quo appellatur:quia potius prouocatio,q̃ appellatio dř.ĵ.de appel.cum sit Romana.sed dñt autoritate huius decre.& ŝ,e.bonæ has uires hře appellationes ex iudiciũ factas.uel potes dicere,q appelatio hic multum facit in electione ista;quod ut melius uideas,pone exemplum tale.xx.erant in capło. x.elegerunt alium ita,tñ q nulli est ius quæsitum,sed in electione ista seruata ẽ forma:quia non est de forma,quòd a pluribus eligat.ŝ.e.dudum.ĵ.e.congregato inõ cũ in unũ solum possit residere ius eligendi,ar.prædictarum decre.& no.ŝ. cum nobis,apparet,q non de forma,q a maiori parte eligatur. contra hunc electum a x.pôt quilibet de capitulo procedere,tñ si ante lit.contest.uel etiam post lit.contest. aliqui noluerunt cõsentire in eũ, ualere poterũt tales consensus:quia electioni,quæ non est nulla,immo ei,quæ in ueritate tenet,accedunt,ar.suprà e.licet, quamuis cassari pp minorem numerũ, & sic inuenimus in omnibus decre.q pp minorem numerum cassantur electiones, & non denunciantur nullæ infra eo.congregato. supra eo. dudum. & hoc c.considerauimus, & in multis alijs decr. & elec.cui prædicto mõ uota maioris partis accesserũt, cõfirmabitur ea rõne,quia facta est à saniori parte, licet non maiori.& q sit sanior apparet ex eo, quod sequitur quia postea eis accedunt alij,ar.suprà e.licet.Sed tamen credunt isti, q ad hoc, q possit dici sanior pars,oportet q sit ad minus a principio tertia pars de hoc no.ŝ e.dudũ ĵ.e.scriptũ.nec credunt isti,q primis uotis possint alia accedere lit.pen.inter electos.immò quidam dicunt idem, si alius,quam electus opponat se electioni,ar.hic & ĵ. ut
3 lite pen.per totum,& de tes.cansam.¶ † Alij tamen dicunt,q eo tpe,quo fit electio,oportet q priores consensus tot sint,ex quibus possit surgere canonica electio, & sit maior pars & sanior,& innituntur literæ decr.ĵ.e.qa pp sed si contra hunc electum agerent aliqui canonici suo nomine,tunc si aliqui de canonicis istis,qui conuenerant ad procedendum contra electionem, uellent discedere ab hac contradictione,possent,ut no.supra de postu.bonæ.ij.si autem appellatum esset, tunc etiam si unus solus uellet procedere,con tra electionem,& cassare ipsam:quia facta est post appřõne legitimã ab ipso factã,dicimus , qa ẽt postea nullus consensus pôt accedere tali electioni,quia facta est post appellationẽ,& quicquid fit post appellationem,debet esse cassum,& ita electioni factæ post appellationem,quia nulla est.uota postmodum nullo modo possint accedere,quamdiu pendet appellatio,sed si ille,qui prosequebatur appellationem ipse renunciet expressè uel tacitè.s.lapsu anni,tunc bene ualebunt ei uota adiecta.¶ † Et dicunt,quòd hanc appel-
4 ationem & etiam illam appellationem,ne fiat nisi canonica electio,potest prosequi quilibet de capitulo,dummodo appellent,& etiam sine appellatione quilibet de capitulo pôt obijcere in formam, & personam electi, ut not. ĵ.de accu.super his alij dicunt,& forte melius,q electio decani non fuit nulla ratione appellationis,quæ nil in is operatur,sed quia facta fuit a tam paucis,puta tertia parte,uel paucioribus infra e.scriptum,in fi.uel dic electionem decani nullam,idest annullandam.& si quæres,quare ergo non poterant ualere subsequentes consensus.dic ut no.infra e.ecclesia uestra.& dic,q nisi electio a principio fiat a maiori parte & saniori, habito respectu ad aliam electionem minus a saniori factam,uel ad alios,q priuati sunt ipso iure,siue in eodem contextu,siue ex interuallo,semper nulla est,nec potest ratificari, ut hic ex

presse

presse dicit.¶ Appellatione] pendente lite.n. pendente non potuit illi aliquid iuris accrescere.ĩ.ut lite pen.c.fi. de testi.causam,& hoc intelligo ex facto suo.ex facto n. aduersarij potest.ff.de rei uen.l.siue autem §.j ff.de pac. si tibi.x.§.si pactus.ff.de reg iur.q absentes ĩ.e.prox.contra sol.quidam,q hæc electio erat ipso iure irrita: quia à minori parte celebrata & post appellationẽ legitimã supra autem erat aliqua electio,sed annullanda ope exceptionis oppositæ à contempto[non poterat]quasi dicat,si omittat prosecutionem appel.possit fieri rata; qđ non fatemur hic[post illam]non fuit causa cassationis secundæ electionis,prima electione nondum cassata: quia cum esset nulla,etiam ex interuallo licebat facere secundam ĩ.e.bonæ:Sed quia electores non erant priuati potestate eligendi.& expone post primam electionem non cassatam,i.contemptis electoribus primæ electionis non cassatæ uel supple,maxime,uel allegando dicit prædicta
5 & uidetur hæc ultima responsio melior.[¶ † Nondum] hæc electio,quæ nulla est ipso iure,impedimentum præstat secundæ,ar.ff.ad Treb.l.j.§ accusatione.ff.de inoff. rup.test. cum in secundo. ff.de usuca. pro dona. infra de spon.iuuenis,& de despon.impu.ad dissoluendum ar. cõtrà.ff de uer.obl.si dari stipuler.uel forte posset laudabiliter dici,idcircò cassatam secundam electionẽ: quia facta fuit contemptis electoribus partis alterius, qui erãt maior pars,qui uocandi erant,ex quo ex interuallo fiebat electio,cum non essent priuati ipso iure potestate eligendi,sed priuandi.si autem hæc duo concurrerent,s. q electio esset nulla & q electores priuati essent potestate eligendi ipso iure,ut quia elegerunt indignum,uel p secularem potentiam,ut suprà cum in cunctis,& ĩ.e.quisquis,& consimilibus,crederem q teneret secunda electio,ẽt nõ cassata prima.ĩ.de appel.constitutus ĩ. de re iud.cum Bertoldus ĩ.de sup.neg prælа.ca.ulti.¶ Sed opponês & hic,priuati erant ipso iure:quia post appellationem elegerunt suprà eo.literæ Respon.hic non fuit appellatum nisi contra decanum, & ideo non sunt priuati potestate eligendi ipso iure,licet elegissent. Item non fuit appellatum,ut non consentirent,in quos uellẽt,sed ne publicaretur electio. sed alia ratione patet eos non uocandos,etiam si uocandi non essent ipso iure. quia in eodem contextu uř facta electio.hoc.n. quidam negant, quia capitulum exiuerant.item quidam dicunt non esse priuatos ipso iure,qui post appellationem eligũt,ut no. supra de postu gratum,& decr.lupra e.bonæ.rñ.ut ibi. ¶ Vtranque.R.arch.de & magistri.R.q electus fuit a cantore,& parte sua,sed electionem,siue nominationem. v. archi.quam fecit primò cantor, & hic, non confirmant. nec cassant.ipse enim de sua electione nõ cõtendebat:sed inter electos alios tantum erat contentio.erat.n. nominatus.v.archid non electus,& ideo de iure suo non confidebat.¶ Sed dices, cum s̃m iura innocentij statim ex consensibus ius acquiratur,quare ergo non fuit cõfirmata electio.v.archid.cum esset facta a maiori parte & saniori,ut hic dicitur?Respondeo, quia non consenserant eligendo,sed deliberando tantum supra e.c.proxi. unde non acquirebatur sibi ius.hodie.n.non sic necesse est publicare electionem infra c.quia propter semper tamen fuit necesse in communi consentire, nec ualebant, si clã destinè & separatim fiebant ĩj.q.vj. ei qui uer. nominationes lxiij dist.quanto,sicut & omnia negocia uniuersitatis in communi fieri debent.non segregatim.ᵃ ff.quod cuiusque uniuersi. nulli. sigillatim autem possunt consentire,ubi de rebus communibus, non uniuersitatis contra hunt.ff.de ser. urba. prædio. per fundum.ff.communia utriusque iudi.receptum.

a ¶ *Non segregatim. De hoc plenè supra de con sti in c. cum omnes, maxime Moder.et an de quòd donatio facta segregatim p̃ homines uniuersitatis de re cõi ualet,ita Ale de Imo. in consi.43 per totum in 4.uol.*

SVMMARIVM.

1 *Postulatio sta tim,quòd est facta,debet publicari capitulo.*
2 *Cum quis à pluribus postulare tenetur,non est uis a quo primo postulet.*
3 *Non licet post factam postulationem ab ea discedere.*
4 *Mandatum etiam re non existente integra reuocari potest.*
5 *Electoribus pro una uice licet ex toto potestatem eligendi alij conferre.*
6 *Non sufficit solo facto contra translationem potestatis uenire, sed uerbo debent nunciare compromissario,ne ulterius in electione procedat.*

N causis[ab eis.] Scilicet canonicis[quinque] isti quinque potestatẽ habent a capitulo,non ab illis duobus, qui eos eligunt. ff. quod cuiusque uniuer. item.§.j.idem dicimus,si quinque deberent eligere electores alios[conuenissent]No.q ille,cui datur potestas eligendi,postulari potest ĩ.de renu.post translationem,ar.ff.de iudi.solui.iam tñ §.pe.ff.commo.l.fi.ar. ĩ.supra e.innotuit,in fi.[electionem]no.q episcopus eligitur in postulandum ĩ. de renun. post translationem.
1 ¶ † Publicarunt]sic uř semper faciendum, ut facta postulatione deberet publicari capitulo tñ, non populo, nisi primo postularetur a Papa,cum nihil uř dictũ, postulamus talem,nisi dicatur a te,& præsente.& tamẽ pōt tolerari,q est de consuetudine,ut solenniter fiat postulatio,& ẽt coram populo,& nihil aliud est dicere,postulamus,nisi eligimus,uel ordinamus postulãdũ.ĩ. de renun. post translationem,& talis postulatio in aliquibus uim electionis habet;quia cum alias nullus debeat esse eps, nisi canonicè electus, hic ulterius non eligetur, sed approbabitur postulatus,& sic eps fiet.ar.cassabitur, sicut ex hoc capitulo colligitur ĩ.e.scriptũ,& ex omnibus capitulis,q̃ de postulatione loquũtur.& in hac postulatione dẽt seruari forma constitutionis,quia p p,ar.lxj.dist. Osius,& c.eps.pōt tñ & aliter.i.sine solennitate fieri postulatio, de qua habes lxj.di.Osius, & c.ulti. & §. sed & aliud.& satis est honestũ & utile,ubicunque aliquis a laye debet postulari,uel alio quocunque,p p q ab illo, q debet cõfirmare,q hoc ultimo mõ fiat postulatio,& postea eligatur solẽniter.Et hoc est uerũ, qñ postulatio est talis,cuius electionem tñ illius,a quo postulatur, consensus impediebat,quales credo libertos ecclesiarũ promotos ad sacros ordines,si postulentur ad regimen alicuius ecclesiæ.nam alio rũ liberti ordinari non possunt si ibi patronus aliqd retineret.54.di.qđ cũque,& c.ult. si uerò adhuc sit aliud impedimẽtũ,qđ eũ eligi prohibeat puta quia aliud impedimẽtum habet, iterũ postulabitur cũ solennitate decr.quia p p si uerò omne impedimentũ pōt tollere ille,qui confirmare dẽt tũc est utilius primò solennem postulationẽ facere,ut remoueatur circuitus, & multus labor,& sic fuit factũ hic,& ferè in omnib' decr.q̃ de postulatione loquũtur:nõ negamus in,quin semper in optiõe postulantiũ sit,uel cũ solennitate, uel sine
2 solennitate postulare.¶ † Itẽ nõ credimus uim constituẽ dã,cũ a pluribus tenet postulare,a quo prio postulet, puta uel a plato,cuius clericus est,uel a Papa, qui forte solus dispensare pōt,uel ab ipso postulato.& ideo non dicitur

C.de dona.in dona.nisi in locis,ubi non est usus tabel-
lionum,ubi creduntur,si habent subscriptionem testium.
16.q.3.§.põt.& hæc uera sunt extra iudicia. in iudicijs
autem non creditur,nisi scripta epi sint facta per nota-
rium,uel per duos scriptores non notarios infra c. quo
niam.& est speciale,quod in iudicio creditur notario si
ne subscriptione testium,cum sit alias secus,aut.de hæ-
2 re.& Fal.§.sancimus. ¶ †Item hoc scias,q scripta publi-
ca manu facta,uel autentico sigillo sigillata etiam mor
tuis subscriptis testibus ualent,secus autem de alijs in-
fra de fide instru.scripta. ¶Per literas] dicunt quidam
quod hodie non creditur talibus literis in tantum,q ui
tẽtur in iudicio infrà c.quoniam.nec est contra.11.q.3.
curæ,quia ibi non dicit,quod uitẽtur in iudicio,sed in
ecclesia, quod nõ est ei præiudiciale, sed medicinale.2.
3 q.1.multi. ¶ †[Procuratorem] sed quicquid tamẽ pro-
curator in iudicio fecit ante,quam probaret constituẽ-
tem excommunicatum fuisse, tenet. qa teneret qequid
ipse ante excommunica.fecisset infra de exce.pia. extra
iudicium autẽ non tenet, quod facit excõicatus ante,q̃
probętur sibi excõicatio,nisi sicut post quam est sibi pro
batum;de hoc no.s̃.de procu.consulti.s̃.de do.& contu.
ueritatis infra de excep.cap.penult. [Admittendum] &
hoc ea ratione, quia per exceptionem elidi potest illa
procuratio.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid si unus heres adiuit hæreditatem,an possit a'ius eã-
dem adire hæreditatem.*
2 *Petitio hæreditatis competit ad proprietatem recuperandam.*
3 *Res & iura pertinentia ad præbendam non uacant, licet præbẽ
da ius uacet.*
4 *In ingressu monasterij omnia iura transferuntur in mona-
sterium.*
5 *Minor.25.an.ingrediẽdo monasteriũ alienat sua bona etiam
sine curatore, & decreto.*
6 *Bona ingredientis monasterium cui applicentur.*

7 *Monachi testamentum quando rumpatur.*
8 *Ingressus monasterium fingitur non solum decedere cum haerede, sed etiam cum liberis.*
9 *Verbum testis ambiguum interpretatur pro eo, contra quem producitur.*

N praesentia [Bona] quicquid diceret testator non potuit filium grauare post pubertatem in debito bonorum subsidio, unde male petebant patrui eius: qui omnia petebant. [Et petebant] petitionem haereditatis intentabant. sed nituntur ex testamento patris, qui instituit eos haeredes filij sui impuberis, & eum impuberē decessisse dicunt. uel melius dic, q̄ agebant actione ex testō, ut no. ȷ̄. de testa. Raynaldus. ¶†Pe-
1 tebat] no. q̄ licet unus haeres adiuerit haereditatē pro toto, uel pro parte, & licet p multos dies, uel annos se gesserit pro haerede; nihilominus tñ alius pōt adire etiā sola uoluntate pro toto, uel pro eadē parte eandē haereditatē. ff. de acqui. haere. l. pro haerede, & oēs res haereditarias, q̄ nō sunt per aliū occupatae pōt accipere. uerū tamen siue primus, siue secundus nō habeat ius, contra nō habentē ius ad recuperandam possessionē rerū male occupatarū interdictū cōpetit de adipiscenda poss. quorum bonorū. ff. quorū bono. p to. uel edictū diui Adri. C. de edi. di. l. fi. uel actionem in factum ad similitudinē actionis expilatae haereditatis. ff. de eri. expi hae. p totum, uel conditione ex. l. cōquerebatur. C. unde vi, fm
2 quosdam. ¶†Ad proprietatem aūt recuperandā competet petitio haereditatis. ff. de peti. haere. regīr, nec uidet transire possessio rerū haereditariarum ad haeredē, nisi cum singularū possessionem nactus fuerit per se, uel p aliū ff. de acqui. poss. haeredes. nec est contra. ff. ad Treb. restitutio, & l. ex facto, in prin. quia ius non dicit trāsire possessionē, sed dominium, & si unus dicit se esse in possessione, & alius dicit eum non possidere, si nō est timor armorum, permittatur uterq; ire ad occupandam possessionem uacantem, & qui praeuenerit, ille in ea defendetur de iure, donec alius de iure suo probet, si autē est ibi timor armorum, cōpescat eos iudex, & inhibeat, ne aliquis eā priuatim intret. ff. de usufruc. si cuius. §. sed; si & onus probandi illi incumbet, qui dicit se possidere. ff. de proba. l. ij & eodem mō prohibebit iudex, si neuter dicit se possidere. sed si uterq; cū armis festinat accipere possessionem, & tunc fructus harum rerum à nemine possessarū tenebuntur & seruabuntur, sicut fructus iacētis haereditatis, & hoc uerū est, q̄n dubitabitur, ne simul concurrant. sed q̄n certum est, q̄ unus alium praeuenire pōt, nunq̄ est impediendus, uel ēt prohibendus ingredi possessionem: sed alius est prohibendus à molestatione primò ingressi. postq̄ autem semel prohibitus fuerit uel uerbo, uel facto, non vī q̄ postea liceat alicui istarū partium, uel etiam alii, cū isti fuerint primo ingressi illam possessionē ingredi nec publice, nec priuate, quousq; lis sup possessione, siue super ꝑprietate haereditatis dirimatur per iudicē. dirimet aūt hoc mō: quia iudex, q pro hibuit ingressum illius possessionis ex officio suo, de plano, & sine libello cognoscet quis possidet, q̄n uterq; dicit se possidere. ff. de lib. cā liberis. §. fi. hoe dixit. H. alij tamen dicunt, q̄ ordinarie tñ audiendi sunt super interdicto. ff uti possi. l. j. §. hmōi. sed si neuter dicit se possidere: sed tamen uterq; primò adire uult, tunc primò debet cognoscere inspecto testamento quis hēt potiora iura. C. de edi. di. Adri. l. fi. ¶†In praebendis etsi se
3 eus est: q̄a licet uacent possessore, non tñ qlibet uolens eas occupare admittēdus est: q̄a licet praebendę ius uacet, res tñ & iura ꝑtinentia ad praebendam non uacant, imò possidentur ab ecclesia, ēt dū uiuit p̄bendarius: q̄a possidet illa noīe ecclesiae; de hoc no. s. eo. ex līis. Item p̄bendae, nō sunt occupandae, sed auctoritate superiorū legitime cōferendae [Molestatione] Item de ea molestatione agitur, q̄ fit extra iudiciū, non de ea, quae fit in iu-
4 dicio. s. de elec. cum ecclesia. ȷ̄. c. proxi. in fi. ¶†Petebat] contra hos competunt actiones eaedem, quae competerent puero, qui ingressus fuit monasterium, cū ingressu monasterij oīa iura sint in monasterium translata. xix. q. ult. si qua. Sed si postq̄ in monasterium translata sunt iura ingressi, & tunc ēt habet ordinarias actiones, s. rei uin. uel Publicianam, uel si qua alia de haereditate iusto ti. possiderent: uel interdictum, quorū bonorum, uel petitionē haereditatis, si quę possiderent de bonis, de q bus agitur sine iusto ti. sed tñ pro haerede, uel pro possessore. sed nō placet hoc. non. n. dr̄ monasteriū haeres pueri, sed in monasteriū oīa iura eius translata sunt. sed aget rei uen si puer erat dñs, & publiciana, si non erat dñs. & hac Publiciana aget. ēt si nōdum ad monasteriū eorum possessio peruenerit: quia spāle est in ecclesia, ubi ex sola donatione, uel obligatione agat ēt sine adeptiōe possessionis, C de sacrosan. eccl. ubi interdicimus tñ credimus, q̄ hic oportet monasteriū probare, q̄ puer p aditionē ipsam petita acceperit, uel alio mō, quo sine traditione dominium transfertur, ut in legatis. ff. de fur. à Titio, & in arrogatione, insti. de adop. §. p arroga. i pri. & in bonorū possessione. ff. de bo. priua. l. j. in haerede in stituto. ff. de acqui. pos. l. cū haeredes. ad Trebel. facta, &
5 in aditione cā libe cōfer. isti. de eo. cui. §. libertus. ¶†Minor annis] hic habes expresse, q̄ minor, 15 an. ingrediēdo monasteriū alienat sua bona ēt sine curatore, & sine decreto. Secus aūt vr̄, si in alias causas ēt pias alienaret, arg. ff. de po. l. j. §. uoto. & feudalia[a] transeunt, si debeant, talia ser uitia, quę monasteriū honeste possit exhibere p se, uel p aliū, arg. C. de episco. & cleri. ad sūmā, & l. quisqs: alias redit ad dñm. C. de cadu. tol. l. j §. ne aūt. ff. de solu. iter ar. emphyteoses ēt transeunt, ar. ff. de lega. ij. peto. §. j. argu. contra, authen. de aliena. & emphy. § j. usufructus transit, & durat in uita eius, insti. de acquir. p arroga. §. usus etenim, & §. seq & de usufru. §. finit. Item si aliqua sibi data sunt, ne alienare possit, tñ transeunt, argu. de fun. do. l. j & de lega. iij. l. pater. arg. 3. ff. de lega. ij. peto. §. fi. ¶Item monasteriū tenetur, inq̄tum ad ipsum peruenit. ff. de cap. di. tutelas. ff. de ap. in arroga. insti. de acq. per arroga. §. fi. & idem est, ubicunq; alicuius p̄rimoniū ad aliquem peruenit. C. de vi pu. l. ij. ff. de fideius. inter eos, si autē in sua obligatione monachus mandauit aliquid expendi, & maxime in pias causas, implenda est uoluntas eius. ff. de pact. inter, in fi. C. de pact. legem. & idē si mandat, ne aliquid alienetur de his, quae secum transferuntur, authen. de elig. in emphy. §. sanctissimas. licet aūt monasterio ꝑ hoe obseruādo, uel monasterio cōpetat actio, tñ plati eius eū ad hoc cogent ex of. C. de lib.
6 eau. cū affirmes. ¶†Si aūt ingreditur monasteriū, cui nō licet habere ꝑpriū, dicunt, qdā q̄ bona eius debent hēri pro derelicto, & sic occupāri cōcedunt ff pro derelic. l. j. ij. iij. & per totum, uel in cā caduci sunt. C. de cadu. tollen. l. i. ¶Alii dicunt, q̄ debent peruenire ad succedētes ab intestato: q̄a ex quo professus est, mortuus fingit. C. de epis. deo. ¶Alii dicunt, q̄ non sit tñ monachus monasterii, qd̄ ingredit, sed etiam epi; quando monasteriū ergo

[a] ¶*Et feudalia. Intelli ge, ut per Felin. in ca. quae in ecclesiarū col. xxii. uersi. iij. limita. supra de consti.*

ergo non potest bona eius habere, peuenient ad epm, ar. xvj.q.j.qui rem, xviij.q.j.c.j.xxvij.q.j.de puellis, in hoc aūt non censetur monasterium uice hæredum: quia statim, cum factus est monachus monasteriū hēt dñium, & possessionē oīum bonorū monachi, sicut ipse habebat, arg.ff.de preca.si adoptauero: secus in hærede alio.ff.de aequi.pos.cū hæredes. hoc aūt sic intelligimus, q̄ licet prædicta peuniant ad monasteriū, tñ legitimā dabit descendentibus.xix.q.ſi.in ſi.& xvij.q.ulti.c.ulti. & idē vr in ascendentibus.ff.de inoffi.testa.nam & si nec exhæredari pñt sine cā, in authen.ut cum de app.cog.§.ij.C. de

7 episc.authen.præsbyteros. ¶ †Itē quantuncunq; monachus, q monasterium ingredit, ascendentes non habeat, & testm condiderit, in quo pterea monasteriū, & alios instituat, rumpetur testm quasi agnatione posthu. argu. hic, & in authen.de san.epi. sed hic in pñti.ff. de iniusto, rup.& irri.te. filio. Itē rumpitur, quia capite minuitur ff.de capi.dimi.l.amissione.§.fi. & duabus l. se. & l.ult. Alii dicunt, q̄ tm legitimā habebit monasterium, argu. xix.q.fi.authen.si qua.hoc aūt certū est, q̄ hæreditates, & legata & ab intestato, & ex testō melius capiet monasterium, q̄ monachus cepisset, si in seculo remāsisset.xix. q.fi.in fi.[Oblationē] quā fecerat nō tm de persona, sed ēt in rebus[Iuramēto].C.si aduer. do.l.j.& C. si aduer.

8 nen.l.j.¶†Instituit] ingressus monasterium fingitur non solum decedere cū hærede, sed ēt cum liberis.authē. de sanct.epi.§. sed & hic in pñti. sed si rogatus esset monasterio, uel ecclesiæ, uel in alias pias cās expendere, si decederet sine liberis, ingrediendo monasteriū non intelligerē satisfactum cōditioni, ut in eadē authen. si autē fiat clericus alicuius secularis eccliæ, nō euanescit fideicommissum, nisi sic fiat, ut ppetuò perseueret clericus, & insup in pias cās expendat ipsum relictum, ut in prædi.authen. Si aūt testōr dixisset uolumus talem partem hæreditatis dare patruo, si decesserit sine liberis, etiam si fiat monachus, satisfactum uidetur cōditioni, ar.hic.

9 ¶†Veruntamen] no. ambiguum uerbum testis pro reo, ubi magis pro eo, contra quem producitur, interpretandum, arg.suprà eod.tit. ex literis, & ad concordiam reducendum est infra de testi.cum tu.

SVMMARIVM.

1 *Non retractatur sententia prætextu falsi.*
2 *Non sufficit probare testes falsa dixisse, nisi probetur, quòd corrupti falsum dixerint.*
3 *Sententia per falsos testes, uel instrumenta prolata tenet.*
4 *Si testes eiusdem partis sibi contradicerent, neutris est credēdū.*
5 *Qui recipit testes, debet iudici de fama, & eorum auctoritate rescribere.*
6 *Probare debet scientiam, qui eam allegat.*
7 *Actione iniuriarum tenetur, qui propria temeritate controuersiam facit.*
8 *Contra quem intentetur interdictum, uti pos.*

Icet cām.[Spectare] intētando possessoriū tm, ut in fine sequit.[Proponebat] & in quorū possessione se esse dicebat, & ɔ̄ a sua molestatione cōpescendū[publicatis] sup principali. [In psonas] hic .n.ante aptionē ptestatus fuit: qa aīs sine aliis rōnibus repellet.j.de testibus, pñtiū [Decernimus] No. in emergenti ferri sniam[Cōprehensum] & ad hoc assignatum [Potuit] qa hoc expresse sibi cōmissum fuit. alias aūt ille, cui cōmissum est, q̄ recipiat testes sup principali, nō recipiet testes sup reprobatione: qa non est sibi cōmissum: sed ptestōnem sup reprobatione recipe debet. qa sine illa nō pōt bñ fieri receptio testiū, arg.ff.de iurisd.

1 om.iudi.l.ij.¶†Post sniam] hoc uerū est, si nunquā fuit obiectū de falso. nā tunc usq; ad xx.ań pōt opponere.C. de fal.qrelā.j̄.de fide instru.cū Ioā. Secus aūt, si esset mota qō falsi in iudicio: qa tunc nunq̄ ptextu falsi retractā rei snia. C.si ex falsis in l.j.& ij. nisi esset appellatū.C. de

2 fide instru.l.ul.arg.de tēp.ap.l.p hanc. ¶ †Hic ēt not. q̄ nō sufficit pbare testes falsa dixisse, nisi pbet, q̄ corrupti falsa dixerint ff.de iudi.diuus alii dicunt, q̄ sufficit pbare falsum instrm; ita & testes falsa dixisse. C.si ex falsis in l.pe.& ult.cū æqualis sit uirtus testiū, & instrorum C.de fide instru.in exercendis, ar ff.de excep.q agnitis. C.de trans.si ex falsis.¶Satis vr posse dici, ut indirecte sufficiat pbare testes falsum dixisse ań sniam.j̄.de testi. ex tenore, nō est sed directē, uel post sniam nō, nisi probet de corruptione, uel alio mō dolose, s.odio, uel amore falsum testimoniū dixisse C.de falsis, nec exēplū, & est ualidū, arg.qa post publicationē testiū nō possunt testes induci.authē.de testi.§.qa uerò. ¶Sed qd, sufficit pbare testes corruptos, nisi pbatū sit falsum dixisse? ar. q. sic.2.q.6.§.diffinitiua v.uænales arg.ɔ̄.j̄.de re iud. cum

3 I.& A.C.si ex fal. in falsam.j̄. de testib. sicut, & hic ultra mediū; & hoc magis placet.¶†Post sniam] no. sniam platam p falsos testes, uel instra tenere, sed debere retractari.ff.de re iudi.diuus, & fit hoc p integ.resti. petitam ɔ̄ sniam usq; ad quadrienniū.C.si ex fal.instru.l.j & ii.uel p ac.in factū intētatā ad interesse ad sniam retractandā.ff.de fal.qui noie, & sic usq; ad xxx.an.uel criminaliter accusando utēte alio instro usq; ad xx.an.C. de falsis, qrelā.qdā dicunt, q̄ p hanc accusationē directā de falso nunq̄ retractabit snia, sed puniet pœna.l. Cor. de fal.¶Post sniam.] Itē nō sufficit pbare falsos testes, uel instrm, nisi pbet, q̄ iudex secutus fuit dictū eius.j̄. de re iudi.cum.I.& A. infra de testi.sicut, C. si ex fal. in falsam, & l.i.& ii.[Circūstantiis].iii.q.ix. nihilominus, & 4.q.3.itē.nihil, & §.q falso infra de ap.solicitudinem C.de lit.cōte.cū pariter. [Produxerit] nō mō corā istis iudicibus, qbus nihil cōmissum erat de negocio princi-

4 pali, sed primò corā aliis.¶†Inuicē] qdā dicunt ex loco isto, q̄ si testes eiusdē partis sibi inuicē ɔ̄dicunt, q̄ neutris est credendū, ar.C.de fide instru.in exercēdis, diuerse nos aūt ɔ̄, ar.authen.de testi.Si uero apte nec ob. qđ hic dr.hæc.n.lra non dicit, q̄ unus testis alij, uel aliis cō tradicieret, & ideò non ualeret dictum eius: sed q̄ unus

5 testis sibi ipsi contradicebat.¶†Malæ] hinc habes, q̄ q recipit testes, debet iudici rescribere, cuius auctoritatis & famæ sint, & de aliis circunstantijs, ar.infra de fide iuſ.cōstitutis infra de testi.cū cām [Nulla] hoc aūt arbitrio iudicis relinquit, qui hic magis scire pōt.ff.de testi. l.iii.§.tu magis.¶Aliquid dicere] sed nonne sufficiebat cōtra hos, ubi eorū dcm reprobaretur: quia criminosi fuere? Rndeo, sufficere, si ad hoc ageretur: sed ad hoc non agebatur, imò repulsi fuerūt Fauentini ab hac exceptione per interlocutoriam Pap. sed agebatur, ut testimonium illorum, quasi falsum cassaretur. ¶ Plures] qd ad rē, si melius probauit ecclesia, cū se inuicē non cōtingant istæ probationes? poterat.n. ecclesia habere omnē honorē distinctum, & iurisdictionē in locis, de quibus agitur; & cōe etiā poterat habere ibidē aliqua seruitia. non ergo contradicunt sibi testes, cū sæpe ad cōcordiā sit laborandū infra de testi.cū tu. Rndeo, multum ad rē quia si ecclesia probauit omnē iurisdictionē, ho. & dis. se possedisse; ergo alius nō potuit ibi posidere seruitia. qui.n. oia dixit, nihil prætermisit.xix.dist.si Romanorū

& hoc

& hoc innuit litera,ubi dicit,q duo simul &c.sed dic,te stes ecclesiæ uidentur suspecti,cum negatiuam astruere uideātur,s.q sic pertineant ad ecclesiam, quòd non ad commune supra de cā pos.cum ecclesia.Sed respondeo, aliud est,si dicat testis,commune non possidere, uel ecclesiam tantum possidere,cuius dictum uere esset suspectum;& sic loquitur decre.contraria.aliud, si dicāt omnem honorem &c.pertinere ad ecclesiam, quorum dictum in nullo suspectum dici potest.¶Sed oppones,nisi ex illis uerbis,omnem honorem &c. colligas illum intellectum,q Fauentini nihil habebant,uidetur uerum, quòd primò dictum est,q utrique testes saluari possunt dic ergo testimonium testium ecclesiæ sic intelligēdum nisi ut Fauētinos,uel alios excludat:quia sic esset suspectum, sed q iurisdictionem ho.& dis.omnis generis ibi exercuerat ecclesia tam in ciuilibus,quam in criminalibus causis,puta iurisdictionem in cognitione causarū, in puniendo maleficos.insuper eam honorabat uocādo eam dominam, occurrendo nunciis eius, & obediendo mandatis eius etiam extra iudicium. distringebat etiā eos ecclesia exigendo cautiones fideiussorias,ne ad illicita prorumperēt.quæ omnia,& his similia possent sub iurisdictione comprehendi.¶Sed oppones sic. ergo nihil prodest ecclesiæ,q plures,uel maiores & antiquiores habuit probationes,cum per testes ecclesiæ non tāgantur Fauentini.¶Item secundum hoc nihil faceret ꝓ positum,quod sequitur,quia duo &c.nam cum de ecclesiæ seruitijs non dixerint,uterque debet habere, quod probat.ad hoc potes respondere,q melioritas, uel antiquioritas testium, ut ita loquar, non ualet quo ad hoc, quod Fauentini non habeant seruitia;dummodo tantū per duos testes probarent seruitia percepisse. ¶Sed ad hoc,q Fauentini seruitia non habeāt,facit probatio antiquioris temporis recepta pro ecclesia.supra de ele.cū ecclesia,uel quia fundata est intentio ecclesiæ . si ergo commune post probat se in eisdem locis aliqua seruitia percepisse,præsumitur,q possederit clam,nisi probet,q ecclesia sciuerit commune possidere,& etiam forte intē deret possidere,arg.ff de aqua quoti.& æsti.l.j.§.Arist.

6 Nam qui scientiam allegat eam probare debet 82. dist. proposuisti,ff.de proba.uerius.ff.de admi.tut. hoc, nisi forte uiolentæ præsumptiones essent quod sciret, quia tunc oportet,q probet ignorantiam,arg.16.di.q dicitis supra de postu.c.j.sed & si probauerit sciētiam ecclesiæ,& ecclesia contra probet,q statim post, quam sciuerit uerbo, uel alio modo contradixit,ui ab ea possidere uidetur.ff.quod ui aut clā.l.j.§.quid sit,& §.se. utroque ergo istorum modorum, siue clam,siue ui ab eo possideat,succumbet in interdicto,insti.de interdi.§.retinēdæ.ecclesiæ autem adminiculum afferunt priuilegia,licet sola probatio antiquioris temporis sufficeret.¶ sed oppones,imo obtinere debet cōe,cum commune possideat seruitia,& non ecclesia ff.uti pos.§.hoc autem , & sufficere debet,si tempore litis conte.se possidere probat,insti.de interdic.§.retinendæ.Ad hoc sic respondeo, non esse uerum,ecclesiam nō possidere.erat enim ecclesia in possessione recipiendi illa,& alia seruitia,quando uolebat : quæ licet uel consimilia commune se probet possidere tempore lit.cont.quia tamen ui,uel clam possidet ab ecclesia,succumbet,ut dictum est.melioritas autem testium tunc præcipuè ualeret,si de eodem tempore tantum dicerent. hoc autem hic ideo posuit,quia forte utrique testes probant,quia tempore lit.conte. eadē seruitia recipiebant ecclesia & commune , sed ecclesia melius & per meliores testes ; & ad hoc bene sequitur, cum duo &c. ¶ Sed dices,& si ui,uel clam possidet commune,tamen quia possidet,nō debet habere locum, uti pos contra ipsum,quia tunc locum tātum habere uidetur,qn se tm,& non aduersarium dicit possidere. ff. uti pos.l.j.§.est igitur,& præc[illegible]n. ¶ Item in hoc casu cōpetere debent,quod ui aut clam,aut unde ui.ff quod ui. l.ij & iij.in prin.& ff.unde ui.l.j.in prin.Respon. imò locum habet tantum,uti pos. quia actor non dicit se expulsum,sed turbari tantum;& interdictum,unde ui,locum habet,qn quis expulsus est.ff de ui & ui ar.l.j.§.in terdictum.hic autem habet locum,quando turbat possidens,quāuis & ille,qui turbat,possideat, dummodò ui, aut clam,aut precario ab aduersario.¶Si autem expulsus esset,competeret interdictum unde ui , uel offi. iudi.uel condictio ex decreta.ut no.supra de elec.querelam supra de causa pos.cum ecclesia. sed dices, nonne eoipso,quod alius est in possessione,ecclesia amisit possessionem?Respondeo,non potest enim esse possessionē iurisd.ho.& dis.& etiam ipsorum seruitiorum,quæ retinuit ecclesia,& possessionem nihilominus seruitiorum quæsiuit commune,& ita uterque habet possessionē sui iuris,licet cōmune male habeat & posset hic dici , licet iure non prohibetur,& adiici his , quæ superius dicta sunt,q hic competeret interdictum,unde ui, uel officiū iudicis,uel condictio ex decr.ad recuperandum ius illud seruitiorum,quod possidebat commune,& interdictum,uti pos.ratione uis turbatiuę,quam sibi facit commune super iure &c.quæ possidebat ecclesia ¶Sed dices propter hoc non esset imponendum silentium communi,cum per hoc interdictum non esset ei auferenda possessio seruitiorum,quam habebat.tu autem potes respōdere,q etiam agendo interdicto,uti pos. ex quo cōstat q ui,uel clam possidet ab aduersario, imponetur sibi silentium,quia aliter non cessaret a turbatione & dicunt quidam,licet non probent illud iure,q si seruitia posset recipere commune sine turbatione iurium ecclesiæ , q non imponeretur eis silentium,quamuis ui, uel clā possideret, cum ad hoc non ageretur.nullam autem possessionem retinenti non datur interdictum,cum tueaf possessorem.ff.uti pos.l.j.§.j.& ij.nec potest turbari,nisi qui possidet,& ex sola ui turbatiua competit hoc interdictum,ut hic & hæc habent locum,ubi petitur in libello,q commune cessaret ab inquietatione ecclesię in seruitijs exigendis in prædictis locis , & commune tantum de seruitijs quæstionem referebat. uel dic & planius q fuit petitum in libello cōmune cessare a turbatione ecclesiæ super iurisd.ho.& dis.& commune non seruitiorum,sed iurisd.ho.& dis.quæstionem mouebat , & ideo meliores probationes & de antiquiore tempore prænarrare,& bene sequitur,cum duo &c.& expone eandem rē s.ho.iurisd.& dis.& sic plana sunt oīa,& qa de seruitijs principaliter non agebatur.s.s.de elec.cum ecclesia. ff. uti pos.si duo §.ij.si autem commune retulisset tantum quæstionem alicuius iuris,quod dicit se habere in iurisdictione,quod posse uidetur,arg.l.uti pos.l.ult.Sicut.n. referre potest quæstionem iuris,quod in re habet ff.uti pos.si duo § si uicinus sic etiam dicitur de iure quod habet in iurisdictione,arg prędictæ.l.ulti.ff.uti pos. puta quia aliqua seruitia quasi seruitutem habet in iurisdictione,sed iurisdictionem bene confitetur ecclesiæ; tūc si non male in possessione esset commune illius iuris,in tētaret ecclesia negatoriā ff. si usufruc.pe. uti.§.utrum sed in interdicto succumbet ecclesia,quod tuetur possessorem.ff.eo.l.j.§.interdictum autem.¶Si autem commune non esset in possessione seruitutis,competeret cō tra

tra eum interdictum, quod non tm competit, quãdo est contentio, quis possidet, arg. ff. uti pos. l. j. §. hoc autẽ sed etiam contra eum, qui nõ possidet. ff. eo. si duo. §. si ui si turbat possidentem uel non permittendo eum uti iure suo. ff. si ser. uen. l. sicut §. [illegible] ff. uti pos. si duo. §. hoc inter, & §. cum in Aquilian. uel etiam de suo auferendo ff. uti pos. si duo. §. item uideamus, si auctor. Illi autẽ qui est in possessione talis iuris uel seruitutis datur utile in terdictum contra conturbantes eum. ff. de iniur. iniuria
7 rum. §. ult. & l. seq. ¶ † Si uerò cõe neque iurisdictionis, neque iuris, qd in iurisdictione haberet, faceret contro uersiam, sed propria temeritate controuersiam faceret tenet actione iniuriarum. ff. de act. emp. qui pendente. § j. ff. de iniur. l. j. in prin. sed & hoc interdicto, si turbetur, quod non tantum contra possidentem competit, ut dictum est. id autẽ, quod dictum est, ꝙ iccircò imponitur silentium communi, nec in sententia excipitur de serui tijs, quia actum non fuit, uł esse contra id, quod nota in gl. quæ incipit, ut inter, ut diximus, ꝙ ubi ambos inuenit possidere, debet modos possidẽdi distinguere. ¶ Sed responde illud obtinere, ubi neuter ab altero male possidebat, s. ui, uel clam, uel præca. hic autem sola ecclesia agebat. unde quamuis commune postea ageret & probaret receptionem seruitiorum, non fieret adiudicatio super illis, quæ petita non erãt, arg. j. de simo. licet. posset tamen dici, ꝙ si commune bene probasset seruitia, ꝙ potuisset absolui quo ad seruitia ab impetitione ecclesiæ. s. de elec. c. ulti. sed non fieret adiudicatio, ꝙ super seruitijs non molestaretur. hic autem ideo quo ad seruitia non fuit absolutum commune: quia præsumebatur uel ui, uel clam possidere, ut supra est dictum. ad hoc ergo ut non possint hæ dubietates euenire, semper debet actor exprimere modos turbationis. si enim non exprimantur, & feratur sententia, ꝙ non uexetur in nullo ulterius uexare poterit, & ẽt si erat in possessione aliquorum seruitiorum, ipsa amplius uti non poterit, ar. C. de an. excep. l. ulti. ¶ Item non facimus nim, ꝙ quæstionem referat tractus in iudicio in interdicto, uti pos. quia super eo, quod proponit ille, qui trahit aliũ, in iudicium recipientur probationes utriusque, cũ uterque in interdicto, uti pos. actor sit & reus, & pariter ꝓ utroq; & cõtra utrunque pronunciabitur. [Eodem] hoc uerbum soluit contrarium. ff. uti pos. si duo. nam alio modo possidet usufru. uel superficiarius, s. naturaliter; aliter proprietarius. s. ciuiliter. ¶ Ex priuilegijs] malus titulus Fauentini alias priui. ec. modicum faciunt ad interdictum uti pos. sm ꝙ diximus in gl. quę incipit, qui ad rem. uel potes dicere, ꝙ faciunt modicũ priuilegia, quia commune probationes induxit super seruitijs, & ecclesia fuper omni iurisdictione ho. & dis. & quĩ dixit omnem, nihil communi reliquit. prudenter ergo fecit ecclesia, q̃ hæc priuilegia induxit, & quãtum potuit, suam causam iustificauit, ut & suę probationes, communis probationibus preferantur. imò plus dicimus, quia si commune probasset se seruitia possedisse ante, quam ecclesia possideret in prædictis castris iurisdictionem &c. non teneret commune probare aliquem iustum titulum suæ possessionis, quia nulla esset præsumptio contra eum. sed quãdo in re alterius dicit se aliquod ius q̃suisse, cum omnis res præsumatur libera, præsumitur ui, uel clam possidere, nisi cõtrarium probet; & sic loquitur decr. supra de restit. spo. Pisanis. nam bene fatemur, quod si commune hoc probasset aliquem titulum, per quem contrariã præsumptionem remouisset, obtinuisset in interdicto.
8 ¶ † Vti possidetis] ubi interdictum, uti pos. intentatur contra eum, qui inuenitur non possidere uel malè possidere ab aduersario, i. cũ aduersarius prius bñ possedebit. & is, contra quem agit, incipit postmodum eandem rem ui, uel clam possidere, uel precario, nunquam debet sententiari, uti possideatis, sed condemnare molestatorem, & imponere silentium, ut hic. C. uti pos. l. j. ff. uti pos. §. ulti. si autem, qui egit. uti pos. inueniatur non possidere, uel reus melius probet se possidere, absoluitur reus supra de elec. cum ecclesia. Vel etiam forte adiudicabitur sibi res, de qua agitur, si de suo iure ꝓbauerit. ubi autem intentatur contra possessorem a possessore, iudex in sententia debet discernere, quam possessionem unus habet, s. naturalem, quia usufructuarius. & quam possessionem alius, scilicet ciuilem, quia proprietarius; & tunc pronunciabit, quia inueni uos sic. distinctas possessiones habere, ideo præcipio, uti tu. lo. ciuilẽ, & tu. P. naturalem, uti possidetis, ita possideatis, arg. in sti. de ac. § curare; & si secus factum fuerit, non tenet sẽtentia, quia certum non cõtinet. C. de sen. quæ sine cert. & semper iudex in sententia debet adijcere, nem fieri cõtra mandatum meũ prohibeo. C. uti pos. l. j. in prin. ubi autem uterque probat se ciuiliter & naturaliter possidere, & per omnia sunt æquales probationes, & præsumptiones, dicunt quidam pronunciãdum, uti possita po s quasi pronunciet, ꝙ pro medietate possideant & ꝓ indiuiso, & sic inter eos diuidetur, arg. ff. de usufr. si cuius §. inter duos. Sed hoc nunquam fuit petitum; ergo non debet sententiari infrà de simo. licet. ¶ Alij autem dicunt absoluendum à sententia, ut sic affecti tędio componant, uel arbitros eligant. utrobique tamen prohibebit uim fieri, uel diuidendam rem, ut dictum est. uel ex quo unus recipit aliquid, alius prohibetur illud idẽ accipere, uel etiam occupare. ¶ Fauentinum] quidam dicunt, ꝙ per hanc accusationem directam de falso nunquam retractabitur sentẽtia, sed punietur pœna. l. Cor. de falsis. C. de sen. & inter l. j. contra so. ut suprà de ele. querelam [Super hoc] quæ sequuntur, non determinãt uerbum precedens, s. condemnamus, sed participium sequens, s. silentium imponentes [& aliis] bene dicit, & alijs. nam cum uerba libelli sint largè intelligenda, ff. de iudi. si quis intentione, & l. solemus suprà de eã pos. c. iij. non solum petita in libello adiudicabuntur, sed ẽt alia pertinentia, arg. infra e. cum causam.

PEr tuas &c. [recognouit] C. de La. li. tol. l. j. §. pen. [Nominatus] repete, quæ dicimus supra de fi. presb. Michael. [Infirmare] supra de elec. per inquisitionem.

SVMMARIVM.

1 *Receptio testium, siue confessio, ubicunque fiat, dummodo de iudicis mandato fiat, inter acta iudicij computabitur.*
2 *Duo idonei uiri æquiualent tabellioni.*
3 *Cur potius simplici nuncio, quam iudici credatur.*
4 *Nunquid instrumentum productum dicatur esse de actis.*
5 *Recipiẽs testes dẽt ĩ actis ponere, quãta sit fides eis adhibẽda.*
6 *Cum in instrumento multa continentur, & tabellio dicat se his interfuisse, intelligi debet de his, quæ in eodem loco, & die acta sunt.*
7 *Cautio de rato quando habeat locum.*
8 *An sit credendum iudici super processu iudicij.*
9 *Iudiciarius ordo non seruandus est in sententia excommunicationis, sicut in alijs.*

Voniam contra &c. [iudicis] secus, si essent plures, & sic seruat ecclesia Romana, ar. infra de ex præla. inter dile. j. de acc. cũ dile. Alij ꝯ, & soluunt

funt ut ibi diximus. no. φ ex quo credit duobus iudicib. & duobus fcriptorib. ergo eadem rône vni iudici & vni fcriptori [ertordinario] .i.dele. ¶Publicã] repete, q̃ diximus ĩ c.post cefsionẽ.nõ intelligas, φ duobus clericis,uel foli notario credat de fcriptura ꝓcefsus, puta fi dicit,talis fic ꝯfefsus fuit: uel talis teftis fic dixit, nifi hæc fiant coram iudice,uel corã alio ad hoc deputato. Sed fatis uŕ,φ iudex ipfum notarium,uel duos clericos pofsit deputare ꝓ utroq; officio, f.& receptoris teftiũ, & fcriptoris; & fic habet ꝯfuetudo,q̃ eft optima,l.interpres,& ĩ de ꝯfue.cum dilectus,ff.de leg minimè diutur

1 na,& l.fed & ea,& l.fi de interpretatione. ¶†Item receptio teftium, fiue ꝯfefsio, ubicũq; fiat fine in præfentia iudicis, fiue non, dũmodò de mãdato iudicis fiat, inter acta iudicij computabit: qa autoritate iudicis factũ eft, ac fi ipfe iudex pfens fuiffet, & qa eft de his, q ad iudicium pertinent,& acta iudicij & forenfia inftra ualent, fi folũmodò ꝑ iudicem fcribantur, uel per quẽcunque alium & nõ notarium fine fubfcriptione teftium, C.de donatio.in dona.ĩ.de præfcr. ad audientiam. Alij ꝯ &

2 melius, ut no.ĩ de tefti. cum à nobis. ¶†Confcribant] per fe,quia uterq; manu fua idem fcribet. uel dic,φ hi duo poffunt acta per vnum ex feipfis fcribere, uel pœnitus ꝑ extraneum. fed ille, q manu ꝓpria non fcribit, ꝑ figillum autẽticum,uel fubfcriptionem fuam, uel alio mõ legitimè notum faciet,φ fua autoritate factum eft, arg.ff.de admi.tu.l.tutor,§.gefsiffe. & etiã quilibet tabellio chartis ꝑ alium factis autoritatem pftat, aut.de tabel.col.iiij. Idem eft in electorib. qa vnus folus pronunciat electionem, ĩ de elec.in Genefi. & in iudicibus

3 ferentibus fniam, arg.ff.de re iud.duo. ¶†Citationes] mirum eft,φ creditur fimplici nuncio,& nõ iudici,ĩ de app.cum parati,ff.de reb.eorũ,q fub tu.magis, §.illud, ĩ de elec.ꝯnæ.j. 63.dift.fi fortè. Sol.dicunt qdam hodie nõ credi nũcio.uel dicei credi:qa eius offiñ eft,fed non iudicis:qa iu lex femper niteret defendere factum fuum,& qa nimiæ expẽfę fierent,fi nũcij fecum ducerét notarios. vnde fic debet exponi,qđ hic dicit,citationẽ, i.rõnionem nuncij citantis.fra etiam,per quã datur poteftas citãdi,debet fcribi in actis,nifi effet nũcius publicus, q effet gñaŕ conftitutus ad oẽs citationes faciendas. literam aũt citationis fufficit effe figillatã figillo iudicis: qa non eft de actis iudicij ꝓpriè,fed ante iudi-

4 cium.¶†Inftrumentorum] no.qa ex quo producta funt inftra coram iudice,uel etiam coram alio de eius mandato,& exẽplata,ut de hoc ĩ de offi. deleg. cum in iure, & tunc non agiť ad editionem inftrumentorum priorum,[a] ad quã nifi rarò agi põt, fed agitur ad editionem actorum, ad quã femp agi põt, ut no.ĩ e. c.1. prima.n.inftra trãflata funt in acta. & idem eft, etiam fi non funt exẽplata,fed tñ fcriptum eft in Actis,talis ꝓduxit inftrumenta, cuius principium eft tale, & finis talis: quia extunc illud inftrm,uel eius tenor in inftrumentis, uel in actis cõputandum eft.f.ꝑ hoc dicunt qu:dam φ etiã refcriptum cõmifsionis, & procurationes inferẽdæ funt in actis huiufmodi. & nos quidẽ dicimus hic farum effe, fed & fi nõ inferantur,poft li.ꝯt. non oportet ꝓcuratorem ꝓbare mãdatum, ex quo eũ uis; ad li. ꝯt.admifit,ff.de ꝓcu.l'omp. §.rati.nec iudex cõmifsio-

a ¶Priorum. Et fic inftrumẽtũ ipfum productũ non dicitur de actis. Adde tamen,q, quando agitur, ut ta le inftrumentũ productum redarguatur de falfo, tale inftrumẽtũ dicitur de actis ficut incorporatũ,ita Pe.de Anc.ĩ cõf 172 inci. Circa primũ dubium uer.prætereà licet inftrumentum.

nem fibi factam, ut & no.ĩ de elec.ftatuimus ¶Vel dic & melius,φ bene debet ꝓbare refcriptum cõmifsionis, & ꝓcurationẽ exhibitã in iudicio

b & fcriptã in actis, fed nõ tenetur[b] mõftrare ipfa originalia, nec eorũ tenorem ꝓbare. fed fi non funt in actis fcripta, oportet eum ꝓbare cõmifsionem,& ꝓcurationem per ipforum originaliũ exhibitionẽ, ficut hic fatis innuit exprefsè. fufficit.n.in his actis cõtineri,talis exhibuit refcriptum Apoft.uel ꝓcurationẽ

5 fuam, nec eft necefſe inferi tenorẽ eorũ. ¶†Delegõnes aũt & fubdel.etiã debent fcriptæ effe,ut hic dr. & fufficit ibi dici. hæc fubdelegõ fcripta fuit ꝑ talem.debet ẽt ponere in actis illis ille, q recipit teftes, quãta fides fit ei adhibẽda.4.q.3.§.itẽ, ĩ de fideiu.ꝯftitutis, & de teft. ꝯftitutis,& c.cãm,& nifi ponat hoc,periculum inde accidet: qa licet ipfe, q recipit teftes, ferat bonam fniam ꝯ dicta teftiũ:qa nouit teftes uacillaffe in fuis teftimoniis, tñ fuperior, ad quem appellať, uel alio mõ cã defertur, uacillationẽ ignorãs fert fniam fm dicta teftiũ; & uŕ φ ille,q recipit teftes,debet dicere & facere fcribi in actis pñte tefte & audiente,φ iudex reputat eũ uacillare. & etiã datur poteftas ꝯdicendi teftib. partẽ aũt non oportet effe pñtem,nec aliqd fcire, quoufq; fuerit publicatum.alioquin nimis impedireť procefsus cãrum. nec mireris, fi in hoc requirit teftis,& audietur ꝯdicẽs: qa eius intereft, & ꝑ hoc puniri debet,ĩ de pœ. fuper his ubi no.necef ꝯ.ĩ de ord.cog.cũ dile.in fi.qa ibi nulla pœna infert tefti: qa iudici nõ eft manifeftum de malicia teftis per teftes:quia eo abfente teftificati funt:fed hic ipfe uidet maliciam teftiũ. uŕ

c tñ φ tabellio,[c] qui fcribit atteftationes,non debet fcribere,uel dicere in actis,uel interferere in depofitionibus teftiũ, nifi ipfe bene uideat,& cognofcat,φ uacillẽt. ¶Aliq tñ dicũt, φ fi folus iudex dicit tũc,fi ĩ receptiõe teftiũ,φ uacillat teftis, φ ei credẽdũ eft,& qđ tabellio illud fcribere debet, & fi nihil uideat titubationis,uel uacillatiõis: qa tabellio nullã habet autorit.ĩ receptionẽ teftis, fed in fcribẽdo tm:iudex aũt,q debet inqrere,& põt capere,& uinculare tefte,C.de tefti.nullũ,ĩ de pœnis,fuꝑ his,& c.dile. ille hẽt autoritatẽ.& ficut tabellio debet fideĺr fcribere, φ dicit teftis,& nõ aliud,ita fideĺr debet fcribere ea,q̃ ꝑtinẽt ad offm iudicis,f.de qbus interrogauit & iter cetera ẽt fcribet,ficut dictũ eft,φ iudex, q recipiebat teftes, mihi tabelliõi dixit,φ teftis uacillabat; & plus ualebit, & maioris autorit.erit fi ibi tabellio adiiciat,mihi uidebať φ uacillaret,fi tñ ueritas fic fe hẽret: qa nec mẽtiri debet,nec alquã fcribere falfitatẽ.& uŕ φ iudex,& tabellio,quãtũcũq; pñt magis,debẽt exprimere modũ uacillationis,f.qa dubitãdo,uel tremẽdo, uel retinẽdo, uel fudãdo ꝑ nimio timore loquebať,uel alias hmõi.plus ẽt uŕ aliqb.& fortè nõ malè, qa ẽt nõ ĩtelligẽte hoc tefte pofsit hoc facere fcribi.Illud bñ uŕ,φ nifi ꝑdicta interferat,uel fcribi faciat,dũ dŕ teftimoniũ, φ poftea nõ faciet fcribi,nec fuꝑ hoc credereť ei,ut hic[& pfonas] iudicũ,& litigatorũ,& aliorũ, de qb' fiũt,& loquunť acta. teftiũ ãt noia,q interfunt actis, nõ debẽt ibi fcribi,ar.ã ꝯrio fenfu,aut.de hr.& Fal.§.nec abfunt,C.de do.ĩ don.

6 ¶†Et pfonas] & ꝑ hoc fatis patet,φ licet multa ꝯtineãtur ĩ inftro,tabellio tñ,q dicit fe his interfuiffe, nõ intelligiť dicere,nifi de his,q̃ i eodẽ loco,& die acta funt.vñ fi iudex ĩ fnia fua narrat,quõ ĩ lite,q̃ diffiniuit,l.ꝯt. facta

b ¶Sed non tenetur. Hoc refert & fequitur Pet.de Anc.in cõf.41.incip.Prima facie, in 9.col. in prin.

c ¶Et quòd tabellio. Adde Fel.in c.ecclefia S. Mariæ, col.ix. in prin.

est, partiũ ꝯfessiones factę, testes recepti &c. hmõi, nõ tñ illa probantur ꝑ instrũ: quia non sunt facta ea die, uel loco, quo instrũ sniæ est factum. Sed tñ ꝑ hoc instrũ ꝓbatur sniæ ꝓlatio: qa eodẽ die & loco est ꝓlata, quo rogatum est instrumentũ. de aliis, utputaᵃ de li.ꝯt. uel de ꝯfessionib. huius facti narratio est. imò plus uł, ꝙ etiam si diceret tabellio, tali die & loco factæ fuere li.ꝯt. & cõfessiones, tñ nõ ualet sup his instrũ, sed quãtum ad hoc testimoniales literæ sunt. Alij dicũt, & sic etiã Papa iudicauit, ꝙ delegationes, & subdelegõnes ꝓbanť ꝑ sola sigilla delegantium, nõ.n. dicunť esse acta iudicij, cũ fiant sine causę cognitione, & partibus absentib. & eodem mõ probatur ꝓcuratio ꝑ instrũ exinde ꝯsecutum: qa tam ꝯmissio, ꝙ ꝓcuratio & ante li.ꝯt. & post ꝑ ipsa originalia sunt ꝓ-

a *¶ Vt puta. De lit. cõt. huic doctr. Inn. hic alleg. etiã Fel. in c. ecclesia S. Mariæ, col. vij. in fi. supra de cõstit.*

7 banda. ¶ †Instrũ; lex aũt, ꝙ est, ff. de ꝓcu. Põp. §. rati, non ꝯdicit. ibi.n. dr̃, ꝙ post li.ꝯte. non exigit cautio de rato, & bñ: qa cautio hæc nõ habet locũ, nisi ubi dubiũ est, an sit ꝓcurator: qď est semꝑ, qñ ꝓcurator uerifir dicit se habere mandatũ, etiam si non habet, uel ꝓbet, ar. C. de ꝓcu. l. j. ff. de iureiu. plusꝙ. §. 6. & 16 est, qa nõ licet reo dicere post li.ꝯt. dubito, an habeas mandatũ satisdationis. nec etiam põt dicere pose, ꝙ ꝓbet mãdatũ, sicut nec ante li.ꝯte. hoc onus ei incũbebat, ut dictũ est. Sed si reus uult ꝓbare, ꝙ ille, ꝙ dicit se ꝓcuratorẽ, nõ habet mandatum, põt. & sic etiam non exigeť cautio de rato ab eo, ꝙ dicebat se ꝓcuratorem, sed absolueť reus ab obseruatione iudicij. Itẽ etiam si non offerť se ꝓbaturum, ꝙ nõ sit ꝓcurator, sed tñ dicit eũ non admittẽdum ulterius, nisi ostẽdat ꝓcurationem originalẽ, uel actum iudicij, in quo contineať, ꝙ eius procuratio exhibita fuit, uel ꝙ post dubõnem istam, s. an esset ꝓcurator & inquisitionem factam sup hoc admissus fuit tanꝙ ꝓcurator, arg. ꝯ de elec. cum dilectus non admittiť quasi ꝓcurator, nisi satisdet. nam licet non cogatur satisdare post li.ꝯt. ut in § præ. ff. de ꝓcu. Põp. §. rati. potest tñ, si vult, sicut & nouus ꝓcurator satisdare debet, C. de cõsor. eiusdem li. l. ij. [Animaduersione] qa de suo resarciret, ꝯ de sen. ex. sacro. C. de iu. sancimus, & C. de testi. si qñ, in fi. alias etiam puniet ſm suum arbitrium, insti. de obli. ꝙ ex qua. de. in prin. ¶ Processu] repete, quæ diximus, ꝯ de offi. dele. cum in iure, & de elec. bonę me. ante sniam tñ, uel post sniãm, à qua sit appellatũ; post sniam aũt, à qua nõ est appellatum, præsumitur ꝓ eo, ut no. ꝯ

8 de offi. deleg. cum in iure. † Item attende diligẽter, qa dicit nõ esse credendum iudici sup processu iudicij, i. sup actis iudicij, nec ꝓ eo præsumẽdum in ꝑdictis, & de hoc no. ꝯ de offi. dele. cum in iure. Sed de aliis, quæ sint extra processum, est iudici credendum, & ꝓ iudice ꝑsumendum. vnde si iudex tulit sniam, & condẽnauit aliquem in c. & non est appellatum, nõ poterit postea dicere, ꝙ snia nõ sit iusta. & si propter hoc petit exhiberi acta, s. attestationes, uel alia, ut ex illis appareat iniustã sententiam esse, non est audiendus; & etiam si producta fuerint de facto, licet ex eis non ꝓbetur iusta sentẽtia; non tñ ꝑpter hoc reuocabiť snia.

b *¶ Imo plus. Adde Pet. de Anc. in consi. 208. incip. Iudex de iure, col. iij. post med. Et uide Inn. in c. cũ Bertoldus, in glo. in uer. concessimus, infra de*

9 ¶ †Imoᵇ plus uł, ꝙ si dixisset: quia ꝑ A. & B. testes sic probatum est, sic sententio, & per illos testes nihil ꝓbatur; nihilominus ꝑsumitur pro snia iudicis, ꝯ de renun. in presentia, ꝯ de re iud. causam, arg. ff. de re iud. cum ꝓlatis, arg. contra. ꝯ de re iud. cũ Bertoldus, ubi no. Idem uł dicendum in snia excommunicationis, interdicti, & consimilibus, s. quia si conqueratur qs de iniusta excõmunicatione, à qua nõ sit appellatum, præsumitur ꝓ iudice. Si uerò sit appellatum, ut hic, cũ ordo iudiciarius ita sit seruandus in snia excõicationis, sicut in aliis. 2. q. 1. nemo, infra de sent. excom. cum medicinalis, idem ius seruãdum est [documentis] nam licet nõ scribantur per tabellionem, uel ꝑ plures: alias tñ ualent acta, dũmodo possint probari ꝑ confessionem partium, uel per testes, uel alio modo.

re iud. qui uariauit. Et de ueritate dic per Alexã. in consi. c. 12. col. iiij. uer. quòd aut in primo uol. & in locis ibi per eum alleg. Et adde hic supra ad ca. in præsentia, de renuncia.

AD nostram &c. [legi] hæc lex, quæ est contra ius cõe, non est seruãda cum non sit inducta de certa ꝯscia eius, qui põt ibi condere legem & immutare, ff. de le. de quibus. uel põt dici hanc consuetudinem esse ꝯ ius naturale. 6. q. 1. actor. uel põt dici, ꝙ est contra bonos mores, vnde non ualet: 12. dist. illa; & iõ consensus principis nullum tam inique legi robur tribueret [purgare] purgatio.n. tm̃ deficientibus probationibus admittenda est: 15. q. 5. c. j. & ij. q. 5. omnibus, infra de test. tam literis, infra de pur. c. ex tuarum [audiatis] altero uolente affirmatiuam probare nõ admisso. nam si cum illo ꝓbare uelit, eis mos gerendum est. ff. de ꝓb. circa.

CVm causam &c. [libros] ꝯ de ꝑscr. ad audientiam 30. q. 1. peruenit, C. de fi. instr. aut. ad hæc. ff. de ꝓba. census, C. arb. tu. l. ult. C qui po. in pig. hab. scripturas. 24. q. 2. sanè. 3. q. 7. præsulatus, ff. de instr. sed & si pn. § præscribere, ff. de iur. om. iud. si quis id, ff. de albo scri. l. j. & ij. ¶ Famam] quæ licet nõ probet, est tñ adminiculum. 4. q. 3. item ſæpe, ff. de testi. l. iij. §. quæ arg. Si etiam non probaretur factũ, daretur materia Papæ diuidendi de nouo ſm antiquã famam; & sic expone, qď sequitur, adminicula, & sic. 16. q. 3. inter. & põt intelligi hæc decr. habere locũ, ubi nullus est in possessione; qď põt esse, ꝯ de deci. c. qm̃. uel si est in possessione, cum stat ibi, ꝙ eã habet sine assignatione Papæ, uel diuisione. cũ.n. certum sit eum possidere sine titulo, potest iuste iud. offi. iplorari, ut diuidať, & ad hanc diuis. faciẽdam operãtur adminicula hic posita, ar. ꝯ de rel. do. c. j. ¶ Sed oppones, qď sufficit, ꝙ possideat, arg. ꝯ c. ex lris, nec cogitur dicere titulum suæ pos. C. de pet. hær. cog. & ꝑsumitur bene posidere, nisi ꝓbetur ꝯ. ꝯ. de ꝑsum. dudum. Rñdet hæc uera esse, ubi nescit ueritas, & ubi nõ est ꝑsumptio ꝯria. hic secus, cũ hęc terra à suis tpibus ad cultum Christi redisset. vnde satis poterat cõstare, ꝙ non erat diuisa, uel ꝑsumptio uehemens erat in contrariũ. ¶ Sed adhuc oppones hanc dubõnem nõ posse esse, cum puinciæ, & epatus sint diuisi ante aduentum Christi, & ſm illã diuis. postea Apłi statuerunt primates, archiepos, & epos. 61. dist. c. j. & ij. & 9. dist. c. j. sed dic. licet Apłi ordinauerunt, ubi epi essent non tñ distinxerunt epatuum fines. item licet alicubi, non tamen ubique. ¶ Item põt esse, ꝙ succedentibus tpibus uariantur cõditiones locorum, & aliquis locus, ꝙ primo tenebat episcopatum, modo tenere non põt. non ob. c. 16. q. 1. plures: qa illud loquitur, qñ erant limitatæ parochiæ, sed si de aliquo loco dubitabať, inter cuius fines esset hic non uł ꝓcedere: qa tex. ibi dicit, si ꝯtentio fuerit de terminatione duarum matricum, &c. sic erat qõ de terminis, & uterq; se posidere dicebat. nã tunc ſm tenorẽ illius capłi est ꝓcedendum. ¶ Sed melius ut inter eos interdictum, uti pos. intentãdum. uel dic illud. c. loqui in casu,

casu, in quo istud, & istæ præsumptiones illis addetur, & subaudientur, qđ melius est, ut patet de legi. l. nō est nouum, & seq. C. de inoff. test. l. j. uel illud correctum est item fallit hæc regula, q in nullius bonis est &c. inst. de re. di. §. feræ; igitur. Itē illa quæsita ab hostibus nostra fiunt, insti. de re. di. §. item ea. quæ. n. spiritualia sunt occupanda non sunt, nisi sicut Christus & Spiritus, & eius uicarius dant: auctoritate tñ canonis fateor aliqñ ex iusta causa occupantibus concedi. 16. q. 3. placuit.

CAusam matrimonij. [Mulieres] forte quia corruptæ testificatæ erant, uel q discretæ & honestæ nō erant, ff. de uen. inspi. l. j. circa prin. [Adhuc] nondum erat sniā lata. imò & si sententia lata erat, iterum audietur. j. de fri. & ma. c fraternitatis. j. de sen. & re iu. lator, consang. [priuilegio] autem. quo op. e. §. neque, aut. de leno. § sancimus, col. ij.

CVm bonæ memoriæ &c. requirentes] qñ mandatur alicui, q faciat sibi exhiberi omnes processus alicuius causæ, hæ literæ non eliduntur per exceptionē nisi si aliquis tunc de ista cā cognoscat, nec in ipsis literis mentio habeat. sed tūc hmōi literæ bñ ualent, qñ p appellationem ad se. ap. deuoluta est, nec alicui cōmissa, de off. dele. c. pastoralis. §. præterea, de off. le. c. licet. uel quando nullus cognoscit de ipsa cā, & partes ab obseruantia iudicij sunt absolutæ. [Proponenda] contra ipsa acta iudicij, uel etiam alia, puta quia melius nelint probare [Alioquin] si non potetitis habere acta.

De testibus, & attestationibus. Rubr.

PLacuit &c. [quicūque] edictum de testibus prohibitorium [ieiunus] hoc consilium est. 22. q. 5. honestum.

IN nomine domini. [uilissimi] condō, sexus, ætas, discretio, fama, Et fortuna, fides, in testibus ista requires, Res, psona, gradus, hæc sunt consona tps hæc est diuersitas istorum potissime, quæ in uersu ultimo continētur, quæ derogāt fidei testiū [Cōstitutionis] legis dico, s. cpnsti. aut. de test. §. & hæc [Obiciat] hic. s. q dicta testium 3 se non uocatum receptorum non ualent [Eis] s. testibus [Illo] contra quem testes producunt [Defensore] i. nuncio [testes] iurantes. dicta aūt non audietur si audiret, post nō possent pro se testes inducere: quia timet de subornatione, aut. de testi. §. qa uerò [Inceuitabili] sed & tunc uocari debet per procuratorem, nisi esset nimis grauis cā. s. de procu. querelā, ut de hoc no. ff. de min. l. uerū [Valere] C. de test. si qñ. 2. q. 1. in primis. C. de fide instr. indices. [Ex una] i. una parte præsente tantū. [Ipso] contra quē producuntur testes [Ecclesiæ] uerba Greg.

SVMMARIVM.

1 *Criminis socij an admittantur, & quid in contractibus, in numero 2.*

QVoniā aliqua nobis. [Mulieres] hic no. mulieres criminosas, & socios criminis admitti ad testimoniū in cā crīali. j. 6. q. 1. qui crimē. C. de test. qñ. Sed dic non agi hic criminaľr directò, sed denūciādo, uel excipiendo: qa ad aliquā dignitatē erat electus, ubi bñ admittunt mulieres, dūmō idoneæ. j. e. cā literis, & istæ mulieres pœnitentiā egerāt, & si nō est j. 15. q. 3. § j. 33. q. 5. mulierē. uel dic, q hę sociæ criminis admittunt, non qđ ad probationē, sed psumptionē. 4. q. 3. itē serui; & sic nō est j. j. e. ueniens. 1 15. q. 3. nemini. ¶ Socij et criminis in aliquibus casibus admittunt. ff. de cust. reo. diuus. C. de malefi. l. j. ff de re mil. non oēs. §. ult. quātis illi non essent socij. C. de fal. mo. l. j. C. de ser. prouinciarum: alias et participes criminis nō admittunt nec in criminali, nec in ciuili cā. C. de test. qñ: qa est eadē rō remouēdi. hic aūt tñ ad psumptionē admissi sunt. uel dic, q ibi fuerunt admissi cum ōnibus pp infamiā, quæ contra eum, & 3 testes procesferat, ar. 4. q. 3. §. si ea: alīs aūt in criminali cā nō admitterent. 2 ¶ In 3ctibus aūt, uel aliis rebus socij non admittunt, si sunt socij oium bonorū. C. de testi. oibus. uel et secundario interfit eorū, ut si emptor p uēditore inducit in testē. nam emptoris secundariò interest, q res nō euincantur, & è conuerso, ar. ad hoc: qa altero uicto alter appellat ff. de appel. ab executore. l. j. & l. à snia. ff. de reg. iu. sæpe. §. j. & si causa sua non esset appellare nō posset. 3. q. 6. §. biduū. ff. qñ appel. l. ij. §. sed si alius. l. j. §. in propria. Alij dicunt 3, arg. ff. si re. l. pen. Itē nobis non obstat, qđ legatarius admittitur in cā testamenti, inst. de testa. §. legatarius: quia cā testamenti nō est ppria. nā & si ualeat testm, nō sequit, q ualeat legatū. Sed arg. 3. C. de fideic. l. ult. sed impropriè snmit nomē testi. iure aūt cōi p parte socij socius bñ admittit: qa licet ille uincat, nō sibi reddit. ff. si pars hr. l. j. §. j. [Peregisse] fornicationem, uel facinora. uel dic, q dicitur peregisse cum eis, i. eis scientibus.

IN oī negocio subaudi; in qua agitur in modū euangelicæ denūciationis correctionis siue monitionis, quo quis alterius crimen denunciare intendens facit, & nisi præmoneat, repellētur. 2. q. 7. accusatio, si quis erga. j. de simo. licet. Si ergo monitus ea exceptione, quia non monuisset, uellet repellere monitorem in probatione monitionis, monitor pro uno teste reputatur. in principali autem secus. 4. q. 3. §. item nullus [De re] i. monitione] Si peccauerit] 2. q. 1. si peccauerit.

7 rit instructus, ut hic dicitur. ¶ † Non appellans.] tunc reputatur appellator non appellans, quando appellauit sine scriptis, uel quando non petijt apostolos. sed qñ non portat sua munimenta, bene reputatur appellans sed non datur ei terminus ad ea producenda, & proceditur eis non expectatis, etiam si appellatur, remittitur ad primos iudices. Et idem uidetur dicendum, s. q̃ procedi potest non solum in causa appellationis. sed etiam in causa principali sine ulla citatione, quando non petiit appellatus, q̃ appellator compareat cum probationibus, sed tñ sibi terminus præfixus est ad prosequendum ap. s̄. de renun ueniens. s̄. eo. cum causa. §. fi. & not. hic in glo. si autem, licet aliqui contradicant dicentes, q̃ licet in cã ap. possit procedi sine citatione: tamen in principali proceditur sine citatione. sed isti qui non petijt, q̃ cum munimentis aduersarius compareret, bene dabitur ei. s. aduersario terminus ad munimenta producendum. nec intelligitur nomine probationum, uel munimentorum testes: quia ad eos producendos bene dabitur terminus. ¶ Item nota. q̃ si iudex, à quo appellatur, deferat appellationi, superior ad quem appellatur, siue sit Papa, siue archiepiscopus, siue delegatus, ꝓcedere poterit in cã. appellante inuito, licet inscriptis non appellauerit, nec ap̃los petierit, nec cãm assignauerit, ar. s̄. de fo. compe. significasti, & c. Romana. si uerò iudex non detulit appel. expresse, sed pars appellata secuta est partem appellantem ad Papam, tunc Papa, uel etiam eius delegatus, inuito appellante procedet in causa appellationis, quia in odium appellantis, & fauore partis appellatæ statutum est, q̃ reputetur non appellans, & q̃ hmõi solennitates non requirantur. unde nõ debent in eius odium retorqueri. C. de leg. q̃ fauore. ff. de excep. rei iu. euidẽter. ¶ In archiepĩs aũt, & in alijs inferioribus à Papa non sufficit consensus partium sine cõsensu ordinarij. s̄. de fo. compet. c. Romana. forte secus est, nisi prius ipsi iudicent, q̃ per appellationem legitimam ad eos est iurisdictio deuoluta. tunc etiam si sine scriptis, uel sine causæ assignatione est appellatũ, tñ põt cognoscere: quia hæc sñia, etiam si sit contra ius litigatoris, tñ afficit ius inter partes, ut no. s̄. de rescript. super lr̃is [contempserit] puta quia non comparuit instructus in termino, quem ipse præfixit. ¶ Procedatur] ut si appellatus sit reus, & lis non fuerit coram primo iudice cõtestata, cũ terminus datus ad prosequendũ uicẽ peremptorij obtineat, & sic non ueniens in termino peremptorio ad cãm principalem, & ante lit. conte. pateretur mis. in pos. si locum hẽret missio: uel si locum non haberet excõicaretur. s̄. ut lit. nõ conte. quoniam, & c. tuę. Si uerò esset actor, & ad terminum perẽptoriũ nõ ueniret reo ueniente absolueretur reus ad instantia iudicij, nec actor audiretur, nisi restitutis expensis & ꝓbatur hoc. ff. de iu. l. & post edictum. C. de iud. sancimus. C. quõ & qñ iudex, auc. qui semel. sic fiet in causa appellationis, & probat ista in hoc c. & eo. titu. sæpe contingit, & c. reprehensibilis. Si uerò lis sit contest. in primo iudicio, & reus appellatus non ueniat ad prosequendam appellationem, appellatore prosequente procedetur in causa appellationis, ut. C. de tempo. appe. in auten. ei qui appellat, & 2. q. 6. si quis appellat. Nam & in primo iudicio procedetur contra eum contumaciter post lit. contestã. ad diffinitiuam, si liquere potest de causa, uel ad missionem in contumacem, si liquere posset, ut probantur hæc. C. de iud. l. properandum. §. si autem absuerit reus etiam. C. quomodo & quãdo iu. l. consentaneum. Si autem actor appellatus non ueniat, reo appellante ueniẽte, similiter procedetur in appellationis, causa appellãte in expensis nihilominus condemnato. hoc. n. est commune in quolibet condemnato contumace, siue uincat in principali, siue succumbat, ut. C. de iud. l. properandum. §. si autem ex gestis.

Legitima [q̃ ipsis] arbitris [In idem] .i. in eãdem sententiam. s. ut iudicent, q̃ legitimæ sint super causa recusationis uel contra.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio fieri debet gradatim, s. ab episcopo ad archiepiscopũ, & sic de singulis.*
2 *Citatus non tenetur comparere, nisi constet esse de iurisdictione citantis.*
3 *Tres gradus in prosecutione appellationis hic habes.*
4 *Cum primum iudex appellationis incipit cognoscere de ueritate causæ, non ualet, quod fit per iudicem, à quo appellatum est, & uide in nu. 5. 6.*
7 *In appellationibus, quæ fiunt extra iudicium non quæritur an uera, uel iusta sit causa appellationis.*
8 *Iudex appellationis quando possit inhibere priori iudici, ut non procedat, & in nu. 9.*

Romana ecclesia. [spẽaliter.] ex hoc colligi põt q̃ hic officiales hẽbant ordinariam iurisdictionem à lege, & prius appellantur iudices, q̃ officiales. sic optime ur̃ dicere auc de iu. in prin. & §. illo cu stodiendo, & C. de ap. si quis diuturno, & p has leges uñ hic articulus determinatus fuisse. & sic non ob. ff. si quis, & quo ap. l. j. & ff. de ap. imperatores. ubi dr̃ q̃ a delegato tñ ad delegantem appellandũ est: quia iste officialis non est delegatus, sed ordinarius. uel põt dici, q̃ bñ appellatur uicarius q̃ similiter habet ordinariã iurisdictionẽ ut no. s̄. de offic. uica. c. sua. & ab his uicariis eodem mõ appellandũ est quo appellaretur ab his, quorum uicarij sunt. C. de appe. præcipimus. [Ipsorum] suffraganeorum [Eorum] suffraga. [† Siue auditorium] identitas audi-
1 torij tollit omnem contrarietatem: quia bene fit gradatim appellatio ab officiali suffraganei ad archiepiscopũ sicut dicitur. 2. q. 6. biduum: quia nullum auditorium est medium inter auditorium huius officialis & auditoriũ archiepiscopi. Item non obstat. s̄. eo. dilecti: quia ibi nõ loquitur de appellatione facta ab officialibus, sed de appellatione facta à subditis suffraganei, quorum auditorium non est idem, sed diuersum, & ideo ibi gradatim est appellandum. [Sic censendum] quo ad appellationem, & etiam quo ad quædam alia, licet non quo ad omnia; quia credimus, q̃ ab officialis sententia possit supplicari suffraganeo. Item potest prohibere ne iudice, ff. de iudi. iudicium, & idem in multis alijs. [ad suffraganeos] cõtra. s̄. de præben. c. referente. solue, ut

ut ibi uel ibi loquitur de consuetudine spali.& eodē mō solue.i.de noui ope.nun.significantibus. [Nisi] non mireris,q̄ eo cognitio ponitur in snia ista.hoc.n.fuit, quia archieps,& suffraganei peciere declarari,quid esset iuris archiepalis s̄m canones, & hoc diffiniuit Papa in hac sententia, & ideo in fine addidit, quod in aliis ecclesiis seruarentur. ¶ Causa] idem dicimus,ubicunque aliquis iudex citat aliquem:quia nisi constet,q̄ citatus sit de iurisdictione eius,nunquàm debet comparere, nisi in literis exprimat tale quid,quod si esset uerum, esset de iurisdictione eius.ff.qui satisd.cog.si uero.ff.de ser.l.j.ff.de iud. nō uṙ de hoc no.i.de dila præterea.sed cōtra.i.e. si duo bus,in prin.ubi archieps citauit nulla causa appellationis expressa,& cum ad Papam esset appellatū,& quia non comparuit,t̄n tenuit excōicatio lata in eum . sed solue, qa tūc nondum statutū erat, q̄ expressa cā appellaretur. ¶ Item ibi constat archiepm legitimum iudicem suffraganeorum suorum in causis appellationis,& eodem mō solue.ff.de iu.si quis ex quia ibi loquitur,q̄n constabat , q̄d erat de sua iurisdictione,puta quia erat in sue iurisdictionis territorio,quando citabat eum,licet alias nō esset de eius foro.& hoc b̄n innuit litera legis,quæ loquitur delegatis,& q̄d dicit,q̄ non debebat contemnere prætoris dignitatē.si enim non esset in suo territorio, nec esset alias de sua iurisdictione,non uideo,q̄uo uideretur contemnere iurisdictionem eius. [Expressa] in citatorijs.¶ † Vocatis] no.ergo hic tres gradus in prosecutione appellationis.Primus est,quia q̄nque proponitur non esse appellatum:uel alias iurisdictionem nō pertinere ad eum ad quē dr̄ appellatum ; & tunc non debet prohiberæ primos iudices aliquid facere,sed t̄n cognoscere,an sua sic iurisdictio.i.de rescri.super literis.& iste gradus no.ibi, si uerò uocatis partibus,&c. Secundus gradus est,q̄n non diffitetur appellatum,sed dicit ex insufficienti cā appellatum & sic tūc distinguitur, quia si sit appellatum post sniam, pōt prohibere primos iudices procedere.ff.ap.pen. nihil inno.l.j.in prin.si uero sit appellatum ante sententiā, nō pōt prohibere primos iudices procedere,nisi primo diffiniat ex cā legitima appellatum esse. & iste gradus not. ibi,q̄ si obijciatur ex iniusta cā,&c.tertius gradus est,q̄n non diffitetur appellatum,nec ēt negat causam appellationis sufficientem,sed dr̄ falsam esse causam,ex qua appellatū est.& in hoc casu sēper iudex appellationis prohibet primos iudices procedere;& sic loquitur.i.de rescri. dilecta R̄ū.j.[partibus] quæ semper uocādæ sunt[aliud] quia forte renunciauit ap.uel dixit nullam causam inserta suisse appellationi,licet ɔ̄rium in lr̄is expresserit;& sic est multa similia inuenire [Taliter] idest per appellationem,quæ teneret,& cām ad supiorē transferret,licet forte falsam,sed ignoratur.[Nō in illa] cā,q̄n ante sentētiā est appellatum [Præsumant] qa hęc cognitio, an sit iudex præcedere debet omne exercitium iurisdictionis, i de præscrip.super literis, in fin.¶ Obijciatur] non est audiendus,quia cām à iure p̄batam dicit iniustam, uel minus legitimā uel è conuerso,s.quia reprobatam a iure dicit legitimā,cum sit hic notoria iuris;& tunc hæc locum habet,cum cā uel grauamē,q̄d proponit,in iure expressum non est;& t̄n iusta cā uṙ.non.n.omnes iustæ causæ appellationis in iure expressæ sunt. ¶ Minus legitimam] hic uult dicere,q̄ si ante sentētiā appellatur,& coram iudice appellationis dicatur appellationem non recipiendam;quia non sit sufficiens cā,ex qua appellatum est,qa quandiu hæc q̄o pendet,an sit recipienda appellatio, nō debet prohibere iudicem,a quo appellatum est,procedere in cā.& bene facit ad hoc.i.de of.dele.pastoralis.§.p̄terea,licet dici possit,q̄ illa decre.non habet locum,nisi ubi appelletur post sententiā,sed ɔ̄ uṙ.i.de rescrip.dilec. fi.in fi.ubi dr̄, ad iudicem appellatiouis ptinet cognitio cāæ,s.ad quos ptinet iurisdō,& interim primi iudices supersedere debent.sed r̄nde, & expone,ut ibi ¶ Prohibere] ex hoc loco satis apparet,q̄ iudex,a quo appellatum est ante sententiam, non tenetur dimittere procedere in causa,antequam iudex appellationis incipiat cognoscere, an uera sit causa appellationis,nisi appellans obtulisset se probaturum causam appellationis coram iudice a quo appellauit.i. eo.interposita,ubi notatur . sed de hoc potest dubitari,ex quo incipit iudex appellationis cognoscere de ueritate causæ, an iudex, a quo appellatum est, debeat supersedere,ēt si ei nō mandetur a iudice appellationis, an teneat,quod postea fecerit,si postea processerit & uṙ ex hoc loco,q̄ teneat super principali ante quàm ei mandetur,quia principalis cā non tangit processum iudicis ap. qui cognoscit de ueritate appellationis. ¶ Et hoc, quod dicitur hic , est quoddam nouum beneficium , quod datur per hanc constitutionem ind.ap. scilicet ut possit prohibere primos iudices, sed si non prohibeat , uel ante , quam perueniat prohibitio ad eos, tenebit quod facient , argu. supra de re spo.ca. audita.
4 ¶ † Plures t̄n dicunt,q̄ ex quo iudex appellationis incipit cognoscere de ueritate causæ,non ualet,quod fit p iudicem, a quo appellatum est,quia licet mandetur iudici,intelligitur t̄n mandare parti,quæ præsens est in prosecutione appellationis.& si diceres eam non præsentem, sed absentem contumaciter,nec tunc certe sua contumacia debet ei prodesse,imò eum facit præsentem.ff.de re iud. l.de uno,quoque.§ j.& l.contumacia.§.ul.C.de iu.l.properandum & facit pro his,quia si ius dat iudicem appellationis,quod cognoscat de ueritate causæ.i. de rescrip. dil.fil.l.certe hoc ipso uṙ abstulisse prioribus potestatem cognoscendi de principali. ¶ Item dicit lex, q̄ pp minorem causam non debet fieri præiudicium maiori cognitioni.ff.de iud.per minorē, sed constat,quod maior causa app.pp autoritatem maioris iudicis est,& cognitio de qua cognoscit iudex ap.quàm illa,de qua cognoscit primus iudex.Item maior est,quia de pluribus cognoscit, s. de ueritate causæ ap.& etiam in casu de principali? puta si probetur uera causa appellationis.i.e.ut debitus. Itē constat,q̄ in casu posset ei fieri præiudicium,si probaret ueritatem causæ appellationis,si primus iudex cognosceret.Item decre.p̄alle.ut debitus,hoc uṙ dicere expresse,i.q̄ primus iudex non debet se intromittere , ex quo superior cognoscit de ueritate causæ,cum dicat,quod si inuenerit iniustam appellationem,debet eum ad priorē iudicem remittere:alioquin ipse procedat.¶ † Sed quæres , quare in eadē rōne debet supersedere primus iudex ex quo iudex appellationis incipit cognoscere, an appellatio sit interposita , uel iusta appellationis cā expressa, cum etiam tunc si p̄cedat primus iudex , fiet præiudiciū in cā appellationis? Ad hoc r̄ndeo,qa licet fiat præiudiciū quo ad aliq̄d cāæ appellatiouis, non t̄n fit piudicium maiori cognitioni,qa iudex appellationis de p̄dictis cognoscēs nō cognoscit neq; de cā appellationis,q̄ sola est an sit uera cā appellationis,neq; de princi.sed t̄m, an sua sit iurisdictio,ut hic dicit primi t̄n omnibus his r̄ndent, dicentes hanc decre.habere locum post,q̄ primo iudici renunciat,uel al's scit,q̄ sed iudex app. p̄cedit in cā appellationis,s.ut cognoscat de ueritate causę.& multū facit pro eis decre.p̄alle.de rest.spo.;audita sed si ɔ̄rium dr̄ sequitur magnum inconueniens, quia si appellatum esset in curia Romana, & ibi prosequeretur causa appellationis

nis,s.de ueritate causæ, & p procuratorem psequeretur cām principalē corā primo iudice,qui nō detulit appellationi,quia nihil scit de psecutione app.quæ fit in curia, iniustum est,quia pp hoc solum,q iudex appe.cognoscat de ueritate cāæ,licet postea cōstet,q non sit uerum,cassa ret processus primi iudicis, qui in nullo peccauit, cū nil
6 sciret. ¶ † Illud autem indubitatum est,q siue ante mādatum iudi.app.siue ante sententiam,siue ante mandatū principis pcesserit,si corā iudice appellationis pbetur uera cā appellationis,q cassetur totum,qcquid fit per primū iudicem.s.e.ex parte.M.& ēt multis alijs decre.Hæc aūt habēt locum,qn appellat in iudicio.si.n.cā iudicium appellaretur,certe non minus pp hoc,q superior iudex ap. incipit cognoscere de appel.siue in principali,siue in alto mō,debet impedri officiū,uel ius primi,uel alterius hominis,quin illud exequatur sicut primo quia lis,uel appellatio non dēt quenquam priuare sua possessione.s.ut lit. pend. p totum, quis & hoc ipsum fit in iudicio & est rō. quia officium uel possess.uel aliud ius nō trāsfertur ad iudicem appellatio sed iurisdō tm. ¶ Et hac rōne dicunt qdam,& forte bn,q si aliquis appellat , ne platus instituat aliquē in aliqua ecclesia,& platus nihilominus instituat, & appellās super hoc psequitur appellationem,q si pēd ap.iterū imminet institutio faciēda, iudex appellationis non prohibebit eum instituere,ut dictum est; & si uellet appellātem excōicare,qa eum nō hēt p instituto,non ualet excōicatio.¶ Et hoc est ea ratione,quia iurisdō,cuius pars est excōicatio altas deuoluta est ad iudicem app. & hoc est uerū post,q iudex appellationis cognoscere cepit
7 de principali,s.an ad prælatum pertineat institutio. † In appellationibus aūt,quæ fiunt ex iudicium non qritur aliter,an uera,uel iusta sit cā appel. Sed his uř ɔ.s.eo.ut nostrum.So.hæc aūt obtinent in appellationibus, quæ fiunt ante snīam.in his,aūt quæ fiunt post snīam,obtinet,q no. s.de offi.del.pastoralis.§.j ¶ Si aūt iudex, qui cognoscit de principali cā,non admissa appel.quam dicit non ualere,quia non fuit emissa intra.x.dies uel quia nulla cā annexa fuit ap.uel qa ēniusta,uel falsa cā est appellationis, pcedit ad diffinitiuam snīam,& iudex ap. similiter pcedat:qa iudicabit bn app.uel ex iusta cā, & ēt cōsequēter sup principali iudicabit siue bn,siue male tenet qa cū cōstet eū habere iurisdōnem, nō est reuocāda sentētia;quæ est ɔ ius litigatoris,nisi appelletur.2.q.6.§.diffinitiua.tenebit igitur sentētia iudicis appellationis, p quam reuocatus est processus,& sentētia prioris iudicis.nec obstat,si dicat, q est ɔ res prius iudicatas quia dicitur prima sententia nō ualere qa lata ē post appellōnē,& tūc bn ualet pīa snīa ɔ res prius iudicatar.ff.quæ sen. si ap.re.l.j. ¶ Si autem iudex appellationis iudicet app.iniustam,puta qa non fuit appellatum intra.x.dies,uel qa non subiecit iustam cām app uel quia cā,quam subiecit,licet esset iusta, nō erat tñ uera,uel ex alis similibus causis,tūc quicquid factunt est p primum iudicem,q non detulit appellationi ratum manet,nisi obtulisset appellans se uelle probare cām appel.coram primo iudice,& ipse noluerit recipere pbōnes. Nam isto casu iudex appellationis nō dēt aliter cognoscere de cā appellationis,nisi probet appellans, q obtulit se pbaturum ueritatem cāæ , & cassabit, qcquid factunt est postea p primum iudicem,ēt si cā appel. esset falsa nisi forte notoriū esset cā falsam.s.eo. interposita, cum sit Ro.¶ Et idem dicūt qdam,si primus iudex procedat post inhibitionem sibi factam a iudice in casu a iure cōcesso,ut hic. ¶ Alij dicunt ɔ nec est ɔ.ff.ap.pen.l.j.quia illa loquitur in appellationibus factis post sententiam, uel post decretum cum cāæ cognitione interpositum, ut ibidem df,tunc.n.antequam procedatur in cā appel.rēdo eat,quicquid factum est post appellationem,nō. supra de excep.dilecte,nisi forte notorium esset, q appellatio esset iniusta,ut no.s.de offi.del.pastoralis,in glo.mirum.
8 ¶ † Item no.q licet decre.ista innuat,q iudex appellationis in quibusdam casibus pōt inhibere priori iudici,q nō procedat,& in aliquibus nō debet inhibere non tñ dicit, qn primus iudex dēt cessare pp appellationem à procedendo in prima cā,uel qn non debet cessare;& ideō super hoc tene,sicut no.s.de offi.dele.pastoralis, in gl. mirum uř.¶ A iure] tales sunt casus.2.q.6.§.sunt quorum , & §. seq.Ideo aūt ponit de istis appellationibus, q prohibentur,quia de alijs,quæ a iure non phibent , non erat dubium,quia ex quo iudex ap.incipit cognoscere, q pōt iudicem phibere,à quo appellatum est imo,& qd plus est, sine prohibitione procedere non pōt.ff.ap.pen. nihil inno.& de ap.reci.per totum.Sed de his,quæ à iure prohibentur,quia poterat dubitari,ideo hic determinat, s.qa idem est,s.quia procedere pōt.imo si nō phibetur,procedere pōt primi iudices.ff.de ap.re.l.fi.& in præall.§.sup quorum. [Consimilibus] puta,ne testem aperiatur , & in
9 alijs hmōi.ff.de ap.re.l.fi.& in palle.§.sunt quorum.¶ † In hibere] iudex.n appellationis post sententiam emissæ,dū cognoscat,an appellatio sit recipienda,nec ne, prohibere iudicem debet,qui tulit sententiam,a qua appellatum est,ne sententiam exequatur;& hoc est expressum.ff.ap.pē nihil inno.l.j.in prin. [In alium] s.ab eis,qui coram archi.litigam.¶ Iurisdōni] licet.n.certis ex causis aliq ad eundē iudicem remittēdi sint.ff.de lib.cau.liberis, & ubi est commixtio actuum,uel reū,ut no.s.de rescri.pastoralis.§.j.& etiam licet audire possint ēt eos extraneos, qui se offerunt iu.ff.de re iudi.a diuo.§.si super.j̄.de testi.uenientes tñ eos ad iudicium uocare non possunt, nisi impedirent iurisdictionem eorum.j̄.de spon ueniens,& no.s. de offi.iud.dele.c.i.[Impediant]ɔ.s.eo.c.ad hoc solue,ut ibi.[ad eos] siue n.sint res tpales,siue spūales ecclesiarū, omnes sunt in ptāte epōrum,& dispōne.10.q. 1. nouerit. 17.q.7.omnes.89.di.iudicatum.& eodem mō si appellatur sup eis,appellabitur ad archiepm . [siue iure] sic in causis feudorum.s.de fo.compe.ex transmissa.§.uerum.s. de ma.& obe.solitæ.[Reuocent] de hoc not. supra de of. or.ad reprimendam infra de sen.exc. per tuas [remittere] de hoc no.supra de rescri.ab excōmunicato, & de of. or.ad reprimendam.

VT super appellatione[Consti.nostræ] supra e.cordi & est hoc ius nouum & bonum[Nihilominus capiuntur] tangit hic consuetudinem Angliæ & Romaniæ,quæ est,quod si qnis per xl.dies steterit in excommunicatione,quod capitur [Nam post] ff.ap. pen. nihil inuo. per totum,& no.supra de excep.dilectæ. [Exceptis] casibus. supra c.ti.Ro.§.quod si.[Inhibuit] supra eo.Ro.additio est in originali.

De clericis peregrinantibus. Rub.

COnquerente [Accedunt.] Nam cum omnes peregrini sint sub protectione dñi Papæ,specialius tamen uenientes ad se,ad. 24. q. 3. si quis Ro. clericis tamen non licet peregrinari sine autoritate superioris,de conse.dist.v. non oportet. nec etiam episcopis.j̄.de uo.& uo red.magnæ.Si autem non causa peregrinationis,sed prosecutionis appellationis suæ,uel etiam pro uitanda oppressione potest ire ad Papam,uel alium superiorem, inuito epo, uel

uel prelato suo.2.q.6.omnis oppressus,& tribus.c.se.cre
dimus tamen ꝙ semper debet ad minus de honestate pe a
tere licentiam sine necessaria autem causa,sed pro all
qua utilitate tantum non licet ad Papam accedere sine
auctoritate sui prelati,uel domini Papæ.auth.de episco
pis.§ interdicimus & hoc intelligimus, saluo quod de
regibus dixi.s̃.ti.proxi.c.cum parati.C.si per uim.l.j.C.
de emen.iubemus.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio fieri debet cum causæ cognitione.*
2 *Confirmatio sententiam à qua non est appellatum an posset peti.*
3 *Debet is, qui petit sententiam confirmari, probare sententiam tenere.*
4 *In petitione confirmationis alicuius sententiæ probatio incumbit actori.*
5 *Præstat absoluere reum, quam ferre sententiam confirmationis uel infirmationis, uel etiam absolutionis ab impetitione rei.*

De cõfirmatiõe utili uel inut. Rub.

SI quis [litigiosæ] Quæ res dicatur litigiosa
hẽs.C.de liti aut. litigiosa [cognoscere] &
forte consonat hoc,l.quæ dicit,ꝙ ea q̃ post
li.cont.&c. ff.de edi.ędic.l.ædiles § fi.[Cã]
iã cœpta.s̃.de test.cãm q̃. ¶De qõne] qdam
intelligunt decre.istam sicut iacet. Alij dicunt,ꝙ nõ est
post confirmationem alicui licitum decernere de qõne
post orta,si qõ sit,an uera,uel falsa sit confirmatio.s̃.de
indi.cum uenissent : secus si uelit cognoscere de rebus
1 confirmantis;ꝙ potest. ¶†Et hoc intelligas uerum, ubi
confirmatio facta est sine cãæ cognitione.si.n. cum cãæ
cognitione fiat cõfirmatio siue possessionis,siue electio
nis,super ipsa electione postea inferior iudex cognoscet
si nõ põt. Confirmationes aũt cum cãæ cognitione fiũt
de offi.dele.qm abbas.s̃.de pac.quotiens.suprà de test.
ueniens.j. Planior intellectus est,ut dicas,ꝙ si quis con-
firmationem impetret alicuius rei, li.pen.uel pp defe-
ctũ,qui erat in ꝯctu,uel quia Papæ auctoritas require-
bat;nihilominus iudex,coram quo qõ uertebat in qõne
procedet,nisi forte diceret, non obstante ꝙ res est liti-
giosa.imò ꝙ plus est,dicimus:quia non solum si confir-
mationem.imò & si priuilegium concessum à Papa obti
nuisset, tñ primus iudex procederet,suprà de res.cãm.a.
si uerò erat in pacifica possessione,cum obtinuit confir-
mationem à Papa,non in forma cõi,sed ex certa scien-
tia uolens supplere defectum si quis erat in priori con-
cessione,uel aliàs cũ cãæ cognitione,postquam sic confir
mauerit,solus Papa ulterius cognoscere põt:uel dic, ut
2 no.suprà de iudi.cum uenissent.¶†Quærit̃,an possit pe-
ti confirmatio sñiæ à qua non est appellatũ, uel q̃ trãsit
in rem iudicatam cum cãæ cognitione;puta quia dicit,
peto à uobis iudex, ꝙ talem sñiam, confirmetis pro me
ꝯ talem latam.& ur̃ ꝙ non,quia actor ex hac petitiõe ni
hil consequi põt:quia hoc ipso,ꝙ appellatum non est, &
transit in rem iudicatã,rata est.¶Et si dicas,ꝙ nulla era
sñia, forte quia non erat iudex qui eam dedit, uel non
tenebat suĩa:quia non fuerat lis conte.certe nec tunc sẽ
tentia cõfirmationis faceret eã tenere.¶Itẽ nõ ur̃,ꝙ pos
sessori sit actio pro dicta,nisi forte alius diffamaret &de
traheret iuri possessoris.j̃.qui fil.sint le.cãm.C.de ingr.
ma.diffamari cum suis concor.sed ꝯ.16.q.6.si episcopũ.
j̃.de inst.c.ij.suprà de procu.ex insinuatione,& in fi. su-
a prà.de pac.c.j.¶So.dicimus[a] talem
petitionem admittendã,& põt ꝓ-
desse actori:quia si pro eo lata fuit
sñia,nullus põt dicere eã nullã ne
que eo ꝑtextu, ꝙ is, qui tulit eam,
non erat iudex,nec pro alio:qa si il
le,q confirmat est iudex sñia, q̃ fert
super confirmatione priori sñiæ transit in rem iudicatã
& dat robur primæ sñiæ ut de cætero ꝯ eam nihil possit
dici,suprà de trãs.c.j.prodest ẽt actori,ꝙ nullus inferior
ꝯfirmatore de ea cognoscere põt, ut hic.un̄ dicimus, ꝙ
si archiepiscopus cognoscens de cã appellationis cõfir-
mauit sñiam & postea coram epo uolente exequi sñiam
confirmatam exciperetur ad hoc,ꝙ non teneret sñia pri
ma,& iõ non esse mandandũ executioni,non audiretur
nec ipse cognosceret, & si non fuisset appellatum. sed si
fuisset appellatũ ab archiepo ad superiorẽ, non cogno-
sceret eps, cum ibi non appellaretur ab archiepo, sed
differret executionẽ, quousque superior diffiniret cãm
appellationis Ad secundam rñdeo:quia etiam is,qui ha
bet ius,& qui est in eius possessione põt agere. Nam qui
libet potest pete. e hic pronũciari se legitimum etiam
sine diffamatione præcedente,& se canonice institutum
j̃.qui fil.sint le.per tuas suprà de proc. ex insinuatione.
& ll.ꝯriæ,s.diffamari,& c. loquunt̃ qñ non agebat dire-
cte, sed compellere uolebat alium agere intra certũ tẽ
pus, & tunc bene est necesse, ꝙ procedat diffamatio.
3 ¶†Item plus dicimus,ꝙ ille,qui petit sententiam confir
mari,debet probare sñiam tenere, puta ꝙ iudex fuit
qui tulit eam,ei ꝙ ordinem seruauit:non autem habet
necesse probare ꝙ iusta sit. sed si non peteret confirma-
tionem,sed eius executionẽ & alius diceret,non est exe
cutioni mandanda.quia non tenet,sibi incumbit proba
4 tio;quia omnia præsumuntur rite facta.¶†Ratio diuersi
tatis:quia in primo casu est actor,in secundo reus unde
sibi incumbit probatio.5.q.si.actor.uix uidere possum,
ꝙ alij incumbat probatio,si quis petit cõfirmationẽ ali
cuius sñiæ,& aliis si idem petit executionem eiusdẽ sñiæ
uel si petit sñiam excõicationis obseruari usque ad sa-
tisfactionem cum dignam, & tñ bene cauet sibi iudex:
quia nisi plene sibi constet de iustitia primæ sententiæ,
5 uel iniustitia.¶†Semper tutius est absoluere, reum, ab
obseruatione,s.iudicii,quàm ferre sententiam confirma
tionis,uel infirmationis,uel etiam absolutionis ab im-
petitione,rei,de hoc no.suprà de offi.dele.cum contin-
gat. Illud autem est indubitatum,ꝙ sententia, à qua est
appellatum, potest confirmari, C. de appellatio. au-
then. ei autem.

a ¶*Sol. dicimus. Adde hac dicta Inno. uide Car. in consi. 21. inci. seriatim super singulis.co.2. in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis potentia quæ sit.*
2 *Actus canonici in iudicio peti possunt, quod non est ita de actibus iurisgen. & uide in nu. 3. & 4.*

DE cõfirmatiõib.ex certa scia,& cũ cãæ cognitiõe
factis alias secus ẽ. j̃.de of.del.studuisti.† No.ꝙ
1 ꝯfirmatio aliqua tribuit multũ iuris, sicut est ĩ
ꝯfirmationibus electionũ,ꝑ quas dat̃ ptãs ministrãdi.s̃.
de ele.transmissam,& c.quał r.qñq; ãt ꝯfirmatio nõ tm̃
uetus ius declarat,sed illud solidum ponit,ut si quis pe
tat confirmationem cum causæ cognitione eorum, quæ
ad iurisdictionem pertinent; ut est confirmatio sñiæ &
processum habitorũ in iudicio. Nã ꝯ hoc post q̃ fuerit
confir-

confirmata cum causæ cognitione, partes in iudicio ni-
hil dicere possunt, s. de transa. ca j. Idem dicimus, etiam
si actus legitimi confirmentur cum causæ cognitione, &
partibus præsentibus, quod credimus fieri posse. ff. de adop.
2 nam et ¶ † Idem et credimus, de actibus canonicis sicut
sunt confirmatio institutio; quæ pñt peti in iudicio confir
mari. s. de proc. ex insinuatiõe, in fi. actus aũt de iure gẽt.
introducti, sunt ut uenditio, ut locatio, & hmói non dñt
peti in iudicio confirmari. ¶ Et est rõ diuersitatis: qa isti
ɔ̃ctus tñ de uoluntate partium nituñ et lit. non conte.
iõ in eorum ɔfirmatione nihil facit iudicis autoritas, ni
si esset de uoluntate ptium. s. de transf. c. j. uel nisi talis
esset superior; qui sua auctoritate posset, ut est Papa, q
si cõfirmaret aliquẽ ɔ̃ctũ alienũ factũ ex certa scia, ɔ̃ il-
lum ulterius nihil dici posset, ar. s. de concess. preb. & ec.
non ua. quia diuersitatẽ; sed actus legitimi, q à iure sunt
inuenti, & custoditi, bñ pñt peti confirmari à superiori-
bus. & idem de his, quæ à iurisdictione eorũ depẽdent,
ut snia & hmõi. ¶ † Tñ in his no. q licet dicamus, q actuũ
3 legitimorum & canonicorum, & eorũ, quæ à iurisdictio
ne dependent, confirmatio peti possit in iudicio, & parti
bus pñtibus: tñ si nullus vult se opponere ipsi confirma
tioni, nemo cogiẽ: sed tñ tunc iudex ꝓposito legitimo
edicto procedet, & cognoscet, & diffiniet et lit. nõ cõtes.
ratum manere legitimum actum, ar. ff. de adop. nam ita
& C. si ut se ab hæ. auth. omnes. & hac rõne põt dici illã
petitionem de iure admitti, Peto me ꝓnũcia i legitimũ
uel mrimonium pronunciari legitimum. nam filiorum
legitimitas à mrimonio ꝓcedit, q est actus canonicus
sed si petaẽ uenditio cõfirmari, uel alius ɔ̃ctus pendens
4 ex cõsensu ptium, tunc partes non coguñ rñdere. ¶ † Fa
temur tñ, q si ptes cõsentirent q et cũ causæ cognitio
ne ꝓcederet in ɔ̃ctibus pendentib. ex ɔsensu partiũ, q te
neret, ut in decre. præall. & de transf. c. j. q̃tum ad hoc, q
dictum est de ꝓnuntiando partibus absentibus, plus pla
cet, q no. j. qui fi. sint le. cãn. ¶ Falsi] si. n. agẽdo, uel de-
fendẽdo de falso, uel excipiẽdo proponaẽ, cognoscet ut
hic. uel dic si ꝓponaẽ de falso, siue accusando, siue exci
piendo non audietur nisi coram Papa, suprà de iud. cum
uenissent. sed si esset notorium uel per confessionem, uel
per bullam, uel alio modo, secus.

BOnæ [mãdauerunt]. s. de of. dele. pastoralis. ubi de
hoc no. [caute] ante terminum bene debet care-
re commodo illarum: alias autem secus, suprà de app.
oblatæ. non placet de termino assignato à iure, ut ibi-
dem no. sed expone, cautæ, id est fraudulenter, [De fa-
cta] sicut non tenebatur, ut no. suprà eo. oblatę, suprà de
of. del. ex literis. [Prioribus] fraudulenter impetratis.
¶ Verum mutat cãm. hucusque enim locutus est quan-
do fraudulenter primæ lræ impetratæ sunt. ex nũc loqẽ
qñ non fraudulẽter, & tũc si impetranẽ scdæ lræ non fa
cientes mentionẽ de primis non ualent scdæ, et si ibi sit
cla, nullis. l. ueritatis & iusticiæ &c. nisi expresse dicaẽ,
non obstantibus lris confirmationis, & quasi idẽ vr dicee
re. cum eo q dr, suprà de app. oblatæ unde eadem repe-
tas, quæ ibi dixi. [Dicantur] in secundis literis.

SVMMARIVM.

1 *Quando li. non conte. procedi possit.*
2 *Præscriptio episcopi contra priuilegium quando non ualeat.*

Vm dilecta [innouari] Tali. n. sumpto fides ad-
hiberi debet, cum coram iudice dele. ad hoc
fuerit publicatum, de hoc not. suprà de test. Al
beri. [Maioris] no. q omnes clerici pñt se opponere ꝓ
iuribus epi. Quidam tamẽ dicunt hos hre speciale man
datum ab epo. [Non diximus] de super abundanti cau-
1 tela. ¶ † Appellauit] lit. prius conte. coram eis; quod ex
eo apparet: quia post mãdatum recipit probationes, nul
la alia facta contest. uel dic speciale, ubi agitur de statu
posse procedi li. non conte. ut not. suprà de test. c. olim.
uel dic hoc esse ius nouum, s. q ubi petitur innonatio pri
uil. admittitur exceprio talis: quia nõ est facienda inno-
uatio. quia ego iura illa præscripsi, quæ tibi per illud
priuilegium conceduntur licet per innouationem nihil
noui iuris tribuatur. j. de priui. quia intentionis. ¶ Sed 1
obijcies: quia non uidetur talis admittenda exceptio ꝑ
illud, quod sequitur: quia hac exceptione non obstante
fuerunt priuilegia innouata. So. innouatio, quæ sequi-
tur, non fuit facta communi iure, sed propter periculũ
consumptionis. sic hæc ratio ex ipsa litera apparet idem
vr, q admittenda esset exceptio hæc. non sunt innouan-
da priuilegia: quia ego possideo iura, quæ petis innoua-
ri. ¶ [Renouare] uidetur, q in ordinate, cum primo lo-
co deberet constare de appel. suprà de appe. ut debitus.
Sed dr in optione esse eius, contra quem appellatur, ut
petat procedi in appellatione, & ad hoc ut refundan-
tur ei expensæ & remittatur ad priores iudices, suprà
de appe. ut debitus: an uelit coram iudice appellationis
procedere in principali, ut hic, cum sit in eius fauorem
inductum. C. de legi. qui fauore. & dic, q Papa bñ man-
dat procedi in causa, super qua est appellatum, ab eo lo
co in antea, quia uerò &c. sed ante propter cãm necessa
rià præcipit priuilegium innouari. ¶ Sic ciuili] auth. de
test. multæ, & §. hæc uerò, colu. 6. [Similitudinem.] su-
prà. de const. nam concu. ff. ad l. Aquilia. illud. C. de sal.
l. nlt. nam si hic similitudo attenditur videtur, q eadem
similitudine æquitatis debeat uel aduersarium intra an
num conuenire, uel ei priuilegij innouationem nuncia
re. [Nouum] .xij. dist. præceptis. j. de priuileg. ex parte.
¶ Procuratricem.]. ff. de procu. fœminas, contra. sed hoc
est speciale in mulieribus cõstitutis in dignitate. ad idẽ
suprà de arbi. dilecti: xij. q. ij. cum deuotissimam. uel ex
quo est abbatissa, potest esse procuratrix in rebus mona
sterij, sicut miles in rebus ordinis sui. ff. de procu. filius.
uel hoc fuit de spãli gratia; q alias non licet. ff. de re iu
di. quidam consu. [Centenaria]. suprà de priuil. cum no
2 bis. ¶ † In sua diœcesi] nam si monasteriũ non esset in sua
diœcesi constitutũ, non ualeret præscriptio epi ɔ̃ priui-
legiũ quia erat sine titu. qui necessarius est ꝑsumptio ɔ̃
aliquem & uerè præsumptio est ɔ̃ eum, qui in alia diœc.
subiectionem monasterij prescribit, de hoc no. suprà de
præscrip. si dilig. Sed episcopus in cuius diœc. est bñ ꝑ-
scribit ɔ̃ hoc priuilegium: quia maior pręsumptio est
pro epo, quã ɔ̃ eum: quia & si ɔ̃ eum præsumiẽ, qa priuil.
apparet, tñ pro eo ꝑsumiẽ, & ɔ̃ monasteriũ, q impetratũ
sit ꝑ falsi suggestionẽ, & iõ tanto tpe monasteriũ uti eo
2 cessauit; & sic fatendũ est monasterium fuisse ꝑ priuile-
gium exemptum; sed fatendũ est epm diœc. ɔ̃ monaste-
rium, & priui. posse ꝑscribere. ¶ Ad iudices] hoc vr mira
bile, cum tñ esset petitum priuilegiũ innouari, & ad im
pedimentũ innouationis exceptum est de præscriptio-
1 ne, quo li. non contest. procedetur ad diffinitiuam sen-
tentiam super eo, de quo actum non est, s. ad iudicandũ
monasterio. an sit exemptum. contra. j. de si. licet. So. di
xerãt quidam hoc super statu monasterij procedere li.
qõ cõte. suprà de ref. cũ olim. Sed adhuc nõ satisfit qõni
quia nõ uiẽ debere ꝓnunciari nisi ad nouationẽ faciẽdã,
uel non. Tu aũt sic rñde, qa cum iã priuilegia essent in-
nouata

nouata, nõ erat sup̃ innouatione ferẽda sẽtẽtia nec fertur sententia lit. non cont. quia licet Papa det formam procedendi super principali, non remouet, quin debeat fieri lit. cont. supple ergo, ubi dicit, recipiat testes; lit. cõtest. præmissa. [Eidem] episcopo [Resignato] i. ex uestra parte dato.

AD nostram [regularibus] etiã si prioratus sint perpetui. j. de sta. mo. monachi. § ult. [Taliter] tacita ueritate. s. de rescr. super literis. j. e. c. prox. ff. de contra hen. emp. & uen. quod sæpe. §. ulti.

POrrecta [falsitatis] Nisi ꝓbẽt de certa sciẽtia emanasse si. n. probarent, secus esset præsumptio. n. transfundit in eos onus probationis. C. de proba. siue, & no. s. de offi. dele. cum in iure.

EXaminata.

VEnerabilis [decimis] scilicet quibus locis solui dicũr, uel quo tpe, uel quibus personis. alias. n. sup̃ diminuẽda q̃itate decimarũ nõ licet pacisci. ¶ Insertus] ad hoc fit hæc insertio qa rõne eorũ, quæ in ipsa cõpositõe ponũtur, nõ põt hoc dici, ꝙ aliqs sit ꝯ ius ibi: & si eẽt Papa illud uoluit sustinere & sup̃ illo dispẽsare, ar. s. de biga. sup̃ eo. s. de fil. presby. ueniens, & no. s. de transa. c. j. ipse tñ de iure suo contradicere posset, si ignorãs fecit s. de fi. instr. inter dile. §. porro ubi no. multofortius qlibet extraneus, qa res inter alios acta, &c. Itẽ si dolo uel lẽt dicere se inductos ad ꝯpõnẽ, audiũtur. ff. de pac. tres fres. §. emptor, & p̃p̃ hoc ponit̃ clausula, sicut sine præiudicio, &c. & hoc idem posset dicere, ẽt si prędicta clausula nõ apponeret̃, & iõ cũ illa clausula nihil opet̃, non dẽt impediri executio cõpõnis, ¶ Confirmationis] & uidebat̃ ꝯ, qđ prius ponendus erat tenor ꝯpõnis, & postea ꝓsequi dẽbat ꝯfirmatio, ut diceret p̃dictã cõpõnẽ confirmamus, & nõ cõfirmamus cõpõnẽ sequẽtẽ, q. d. sicut iniudicio futuræ cõfirmationes nõ possunt cõfirmari, q̃ cãæ cognitionẽ requirũt, ita nec in priuile. dẽt ualere confirmatio si uerba cõfirmatiõis p̃cedũt uerba cõpõnis, & sic ex hoc uerbo uidebat̃ cõditionalis cõfirmatio; unde uidebatur eis, ꝙ prius quam mandaret̃ executioni, inquirendum esset de conditione: sed non est ita.

SVa nobis [spũalibus] Papa. n. uel legatus concedẽdo uel supponẽdo al j ecclesiã nihil alieno iuri detrahere itelligit̃, sed tm̃ ius subiiciẽdo ecclię, i. ut ex tũc ei sit subiecta sibi cõcedere uidetur saluo iure aliorum, ar. s. de of. del. super eo. In omnibus ergo salua erũt eps, metropol. iura epalia & metropolitana. illi aũt, quibus donant̃, poterũt tanquam patroni de tp̃alibus exigere rationem. Et pro his, si male ministrant, excõicare. iste ẽt. cui legatus hoc donauit, poterit inquirere, & forte etiã. ex ordinem non derogãdo iuribus aliorũ sed & cũ sunt negligentes, uisitare poterunt. uel melius uf, ꝙ legatus nullam ptãtem habet auferendi iura unius ecclesię, & dare alij[a] sed Papa hoc põt facere: hic aũt per suas confirmationes nihil dedisse intelligit̃, sed tm̃ data legitime ꝯfirmasse ac data talia nõ erant legitima. uerba aũt huius priuilegij nescio excusare, quin plene essent exẽptæ à Patriarchis, & alijs, si legatus de eo conferendo potestatem haberet [Eorundem] hęc dictio refertur ad illam dictionem, quidam.

a ¶ Alij. Adde Card in consil. lxv. col. ıı. in prin.

Finis libri secundi.

LIBER TERTIVS.

De uita, & honestate clericorum. Rubr.

VT LAICI supple, statuimus, de consec. di. iij. sacerdotum. xxiij. di. sacratas. hoc c. loquitur de honestate. non enim crederem aliquẽ peccare mortaliter, si inter clericos staret, maxime ubi non est cõtraria consuetudo [Sed pars.] idest chorus [Sanctã] i. maior pars ecclesiæ siue corporis.

CLerici [arma] 23. q. 8. clerici [portantes] nisi ex cã 23. q. 8. Maximianus.

VT quisque. Honeste loquitur hoc. c. sed non peccat mortaliter, si ꝯ faciat p̃p̃ paupertatem [Plebem] i. populum. ¶ Clericum] not. in minoribus ordinibus cõstitutos legere epistolam; & hoc uerum, qñ non est ibi subdiaconus. nec debet cantaré cum solennitate, in qua cantat subdiaconus, & ornamentis subdia. 23. di. subdia. 73. di. si qui clerici [Scholas tenere] docendo prima rudimenta, & psalterium qui autẽ maiores scholas regit, de quo habes. 38. di. de quibusdam, non legit de officio epistolas, uel lectiones [Ad fidem] i. symbolũ, quod est, credo in unum Deum.

SI quis [relaxauerit] Nisi ex causa, j. eod. clericis. [Sit] idest fiat non enim ipso iure est excommunicatus. sic 30. di. per totum.

CLericus [nutriat] 20. q. 1. procliuis. 23. distin. non liceat.

SVMMARIVM.

1 *Debet clericus coniugatus tonsuram ferre.*

CLericus [sit sine gradu] sacri ordinis. 32. dist. si quis eorum [Traditus] si dicto, uel facto approbauit esse eum in monasterio. 20. q. 1. quem progenitores alias secus infra de regu. & trans. ad relig. cũ

1 simus. ¶ † Et iterum] refert se ad primum casum de clerico uxorem ducente. & habes hic, ꝙ clericus coniugatus portare debet tonsuram. 23. di. de ecclesiastica. 32. di. si qui uerò, in aut. qũo opor. epis. §. qui semel. 20. q. 3. eos. & hoc intellige uerum, ꝙ percipiunt beneficium. j. de cleri. coniu. Ioannes, & si iterum uoluerint ad ordinem clericalem redire: alias omnino sunt omni priuilegio clericali priuandi, uel nudandi. 84. di. si quis infrà c. c. ul. uel lege planius & uerius hoc. c. sic, clericus, si tõsura dimissa uxorem acceperit, qui quidem sit sine gradu, i. si prædictus clericus non habet gradum sacri ordinis, nec a parentibus monasterio traditus est, & semper usque ad hunc locum lege suspensiue. & est sensus, si clericus non habet sacrum ordinem, nec est monachus licite potest accipere uxorem tñ tonsuram oportet, si uult gaudere priuilegio clericorum.

CLericis [Etiam inuiti] nec in hoc casu incidunt in canonem.

MOnasteria [& rationabili] ambo coniuncti sunt, s. rationabili & necessaria. 11. q. 3. non sunt; nõn tamen ad loquendum cum eis, nec domos suas frequentare quis debet.

Quo-

QVoniam [Vt expensis] 12.q.5.nobis C. de sūd. & lit.expen.lis.[Valeatis] epis scribit Greg. & sic est in registris.

CVm ab omni [Expensas] has.n.licitè accipiunt delegati, de quibus hic loquitur, cum nemo cogatur suis stipendiis militare. ordinarij autem suis expensis causas agere debent. secus autem in uisitatione, ut no.ſ. de cen. Romana [In fraudem], sibi retinendo; si certum salarium assessoribus dari facerent, licitum est. C.de assesso.l.j.ff.e.l.diem, ar. 11.q.3.non licet. 14.q.5.uænales. sententia aūt arbitri uænalis tenet, licet contra eam excipiatur. C.de arbi l.3.

DEus, qui [conformetis] Sic habes, q in professione circa solênitates intelligitur excepta autoritas Papæ, secus in substantialibus infra de sta.mo.cum ad mo nasterium.

CVm decorem [theatrales] Mimi enim, & hystriones nullo tpe ét post pœnitentiam sunt promouendi, nisi per dispensationem Papæ. 51.di.c.1.& c.præterea 4.q.1.c.1.sunt enim infames, de cons.dist.2.pro dilectione.ff.de his, qui no.infa.l.ij.§.ait prætor, & de postu.l.j. & hoc intelligo de his, qui publice corã populo faciunt gesticulationes sui corporis, ut ex prædictis ll.apparet. si.n. in occulto etiam coram pluribus alijs saltarent, uel chorizarent, non prohiberent à promotione post penitentiam. ¶ Idem ét uř, si semel tm̃, uel ét pluries fecissent corã populo, dummõ non assuefecissent, nec essent infames. Infamia enim & uilitas personarum est cã, quare promoueri prohibentur, & non peccatum; quia sine peccato hæc fieri possent: quia Dauid, & plures alij saltauerũt sine peccato. qui ét hoc faceret ad cõsolationẽ alicuius infirmi, uel ex alia iusta cã, non peccaret, sed assuescere in his nõ posset esse sine infamia, & nota uilitatis, & maxime in his, qui quærunt inde lucrum. illud autem certum est, q si quis habet bñficium, alias officium hystrionis in aliqua curia, q ille promoueri non potest, & sic loquitur li.di.c.1.& c.præterea [Theatrales] sic dicti qa fiunt in theatro. i.loco ad theorãdum, siue ad spe culãdum apto [laruarum] laruæ dicunt. deformitates hoium siue p appositiones pellium, siue colorũ [Ludibria] nedum q monachi, uel alij clerici exerceant ludibria, sed etiam in eorum habitu exercere prohibentur, in autenti.de san.epis.§.ult.col.ix.C.de epi.au. minime. aliqua aūt ad cõpunctionem fieri non prohibentur, puta præsepe dñi, & sepultura, & consimilia, arg.de consecr. dist.2.semel, de consecr.dist.3.quæris.

VT clericorum, &c.

A Crapula, & ebrietate.

CLerici [officia] Non credimus hoc.c.loqui de præcepto sed de consilio, & honestate [Commercia] xcj.distinct.clericus, de consecr.dist.v.nunquam [taberna] 44.dist. clerici [taxillos] 35.dist.c.1.

EX literis [quibus] statutis patriæ [Moniti] hi enim primò monendi sunt, ut negociationes clericis non conuenientes dimittant, & si eas nõ dimiserint, & cũ causas forte sine peccato facere possent, clericato dimisso, spoliabuntur beneficio, & ecclesijs, si habent, & dimitterentur dño seculari hoc mõ, quòd ecclesia non defende eos, ut hic in fi. [Ab huiusmodi] i. secularibus negociationi bu, [Prætermissit] idem, etiam si non prætermissis, dummodo coniugati sint, & negociationibus intendant, ar. infra de cleri.coniu.c.de & c.Ioannes [Priuilegium] excepto priuilegio canonis. 17.q.4.si quis suadente alij contra de hoc no.de cleri.coniuga.c.pe.& c.Ioannes, & infra de aposta.c.j. [priuilegium] quia quo ad iudicium, uel forum, & functiones municipales perdunt.ſ. de cleri.coniu.c.pe. [Dum his] ergo eis dimissis possunt uti priuilegio clericali.

De cohabitatione clericorum, & mulierum. Rub.

INhibendum [canones] 32.dist. nullus, & c. præter hoc 32.dist. interdixit. C.de epis. & cle. eum qui. 31.distin. in omnibus & dicunt quidam hanc decret. canonibus derogare. Alij dicunt, q per decre. istam prohibentur tantum clerici lasciui tenere in domo lasciuas consanguineas secum, & alias similes mulieres.

SI quisquam [fabulari] in aut.ut lic.ma.& auiæ.§. pe. & ult. [indicetur] i. monasterio tradatur. 33.di.c. fraternitatis, uel in seruitutẽ redigetur. 32.dist. eos. & hoc intellige, si fuerit publice ducta tanquam uxor; & sic loquitur.ca.15.q.ul.cum multæ. 81.di. quidam si autem teneatur ut concubina, imponitur ei pœnitentia. 27.qõ.1. quæ Christo.

CLericos [concubinas] Secus de uxoribus. 35.q.6.ab isto [Incurrant] 81.dist.in nouo. C.de indi.l. ult. l. di.pœnitentes [Perpetuam] i. donec resipiscant si insti. loca..§.adeò.ff.de pecu.id uestimentum; & sic non est contra.2.q.1.multi dr̃ perpetua, quia nullum certum tẽpus præfinitum habet. uel expone, excõmunicationis, idest depositionis.

S V M M A R I V M.

1 *Satisfactio congrua peccati quæ sit.*
2 *Non amittitur possessio ab eo, qui non habet animũ amittendi.*
3 *Quæ sit differentia inter suspensos ab homine, & canone.*
4 *Suspensus à canone celebrando non est irregularis.*

SIcut [in subdiaconatu] Idem in minoribus ordinibus, sed non sunt ita seuere puniendi. 32.
1 di.lectores. [Satisfactionem congruam] † Satisfactio congrua est, & si dimiserit peccatum & pœnitentiam egerit coram Deo, ꝯ quem peccauerat. & si peccasset ꝯ proximum, oportet, q ei satisfaciat. & dicimus, q iste, qui suspẽsus est usque ad congruam satisfactionem, q̃ cito satisfecerit, ut debet, & sicut dictũ est, statim officium suum, & bñficium recuperat. & hoc satis probatur per ipsa uerba. nã si usque ad congruam satisfactionem est suspensus, ergo post dignam satisfactionẽ primum statum recuperat, nisi aliud sit impedimentum forte q peccatum est manifestum, uel alia iusta cã, quare necessaria sit dispensatio, ut no.ſ. de tempo.or. ex te
2 nore. ¶ † Et idem dico, si usque ad annum, uel aliud tẽpus sit suspensus. & idem si pro con
a tumacia [a] ſ.de cõsti.ex literis. hic enim sic suspensus non amittit iura sua siue temporalia, siue spũalia, nec possessionem eorũ, licet fructum & effectum amittit ad tp̃s. qđ ex eo patet, quia ad hoc animum non habet, sine quó possessio nõ amittitur. ff. de acqui.pos. possideri. §.cum quibus. Et ideo nec eius beneficia conferri possunt tñ fructus qui medio tempo-

a ¶ *Si pro contumacia. Adde Fel.* *qui istud dictum refert & sequitur in d.c. ex literis, colum. viij. in fi.*

tpe collignnf, non ei restituenf, sed in utilitatē ecclesiæ conuertent. ī. de ap. pastoralis, in fi. & ī. de ele. nō resi. cū ad hæc [suspendatis] per hoc non derogatur. 32. distin. nullus, & c. præter. ubi dicitur, ꝙ suspensus est ipso iure quod tantum loquitur de sacerdote, qui tm̄ suspendit à missa. hic aūt loquimur de aliis sacris ordinibus & etiā pœnā alias imponit. nos dicimus, ꝙ ab officio non tantum sacerdotū, sed ēt clericorū est abstinendū. ī. e. c. ult. & non solum à missa, sed ēt ab aliis officiis ēt minorib. 81. dist. si qui sunt. 32. dist. præter. imò nec ēt bñficium habebit, nec ēt cum aliis sedebit, & sic nec electionib. intererit, ar. prædicti. c. præter. & idem dicendum in aliis ordinibus sacris; & quidam in minoribus idem dicunt. ar. c. præter, & ī. e. c. uestra. ¶ Nec tñ hæc decr. quæ dicit suspendendum, antiqua iura tollit, quæ dicunt eos suspensos ipso iure, cum hic loquitur, qñ erat occultum ante probationem, & sententiam. unde oportebat, ꝙ ante ꝑ sniam suspenderef: uel loquitur, qñ tm̄ erat suspitio. ī. e. c. 2. Vel dic, ꝙ licet qlibet posset sua autoritate recedere ab officiis publici fornicatoris. pōt ēt ꝯ eū procedi ordine iudiciario, ꝑ quē aliæ pœnitentiæ imponunf illi. & ppea grauior est pœna iudicis, q̄ iuris tqa pœnam iuris credimus cessare, si cesset à peccato, ar. ī. e c. 6. quantum ad hoc, ut alij possunt audire eius officia: ipse tñ non debet celebrare sine dispensatione, & absolutione, ex quo notū fuit crimen eius. 81. dist mini stri, & no. 50. dist. sacerdotes. snia aūt iudicis nō cassabif nisi restituatur de magna gratia. Item nisi per sniam prinetur, non poterunt eius beneficia aliis conferri, & iō necesse est monitionē præcedere, ut hic dicit, & sequēs.

3 c. ¶† Si autem à prælato suspensus esset, possent eius beneficia aliis conferri: qa uacat ecclesia. ī. de æta cum bonæ. Secus in beneficiis suspensorum à canone, ut hic. & licet talis differentia sit inter suspensos à canone, & suspēsos ab homine: in exhibitione tñ sacrorum non est differencia, ut no. ī. de hære. c. 2. ¶† Item si suspensus à canone celebrat, non est irregularis, ar. ī. de cle. ex. mi. si celebrat, in prin. secus in suspenso à iudice. 11. q. 3. si quis presbyter. excōicatus aūt à canone bñ fieret irregularis si celebraret. ī. de sen. exc. cum illorum. uel dic aliter, ut no. ī. de schis. c. 1. de cle. exc mi. si celebrat [Suspensi] per tantum tps, ꝙ scandalum, & infamia ꝯ eum augmentatur, & relinquo hoc i arbitrio boni iudicis: uel nō expectantur, nisi quousq; post suspensionem citentur.

4 (note marker at "renc ia")

SVpereo [Literas à nobis] sup restitutione sua. secus si conqueretur de iniusta snia, uel suspensione: qa tūc ualerēt literæ, & procederetur ꝑ eas, non sm formā literarum, sed sm iuris ordinem. ī. de rescr. super literis. uel pōt intelligi speciale i hoc casu, ut teneaf facere mētionē de serie processus. ī. de rescr. dilectus filius abbas.

SI autem [l cet] aūtoritate sua [portionibus] idest præbendis.

S V M M A R I V M.

1 *Quando abstinere liceat ab officiis sacerdotis criminosi, & vide in nu. 2. 3.*

VEstra duxit [nullus] 32. dist. nullus, præter [legit] 15. q. ult. c. ult. [Ceterum] soluit pdictam ꝯrietatem. [Condēnaf] dr̄ ēt notorium, qđ ita se exhibet oculis hoīum, ꝙ nō est inficiationi locus [tolerat] supplæ, & est inficiationi locus [penè occultum] licet sit notorium per famam. si. n. esset notorium, ꝙ teneret eā in domo, nihil ꝓdesset sibi sua negatio. 2. q. 1. de manifesta. Alij dicunt, ꝙ si publice teneat eā in domo, dummō diffiteaf se cognoscere eā, nō est uitādus à

1 missa. ¶† Abstinere] sic abstinere licet, ēt si occulta esset fornicatio, uel ēt si esset aliud crimē, q̄ fornicatio, à proprio sacerdote in his officiis, quæ ab eo audire nō cogitur, & in his sacris, quæ ab eo recipere non cogitur, qualia sunt quæ habes, ī. de pœ. & remis. oīs. & ēt si fieri faciēdū, si ex eius abstinentia ꝯ talem sacerdotem. s. fornicatorem, & toleratum scandalū non generef. aīs aūt nō licet abstinere. nā & dñs corpus suū dedit Iudæis, de ꝯse. dist. 2. nō ꝓhibebat, & c. se. & ar. 6. q. 2. si tm̄. 8. q6. 4. nōne [peccandi] & hoc bonū [si taliū] qa cum contem

2 ptu, & quasi minoris efficaciæ; & hoc malum. ¶ Operis] & hoc dicimus gñale, ꝙ omnium suspensorum à iure ēt sine setentia hominis, si crimina, pro quibus ius eos suspēdit ab officiis, uel quocūq; alio actu, sunt notoria ꝑ facti euidentiā, ꝙ cuicūq; licet eos uitare in his, quæ eis interdicta sunt, licet adhuc iidem suspensi tolerentur à suis platis. & idē dicendū uī in regularib. qa & ipsi suspēsi à iure dici possunt: sed & si cria, ꝑ qbus à iure suspendunf, sint occulta, quātūcūq; sint grauia, ut simonia, homicidiū & hmōi: tñ euitari nō debēt in his, quæ ab eis recipi debent de iure, ar. hic, de conse. dist. 2. non prohibebat. & idē uī ēt dicendū in occulto excōicato. 6. q. 2. si tantum. ī. de of. or. si sacerdos. ¶ Euidēter] puta, qa mulierē suspectā tenebat in domo. 32. q. 1. c. 1. & ī. e. si qs. sed si clericus inuētus sit coire cū muliere, pp hoc tñ uitari nō debet ab eo, nisi aīs sit notoriū, ut hic [recipiant] no torij aūt fornicatores suspensi sunt ipso iure, ut hic, ar. à ꝯrio sensu. 32. dist. §. uerum. 81. dist. si qui sunt, ministri.

S V M M A R I V M.

1 *Origo famæ unde deducatur.*

2 *Notorium facti quotuplex sit, & notorium iuris quid, in nume. 3.*

4 *In notoriis præsumptionis an sit necessarius ordo iuris.*

5 *Potest contra sententiam latam & etiam executioni mandatam de nouo iudicium agitari.*

6 *In contractibus seruari debet iudiciarius ordo.*

7 *Qualiter procedatur contra accusatum, qui citatus non comparuit, & in nu. 10.*

8 *Monitio iudicis an habeat uim citationis.*

9 *Quo casu sententia lata super notorio non teneat.*

TVa nos [habentibus] Nō in domo: qa tūc secus 2. q. 1. c. de manifesta [conueniunt] .i. interrogant [notoriū] facti puta qa mulierē suspectā secū tenebat in domo, & lecto. & qa confitef, uel nō diffiteū uel si filios habet de aliqua muliere. ī. de diuor. si

1 gnificasti. ¶† Notoriū] fama procedit ex scientia, & aliqñ ex suspitione. Itē ex certo autore, & aliqñ ex incerto, de cōse. dist. 4 sanctū. hoc adducit inquisitionē, nisi à certo hoīe æmulo, uel inimico habeat orig nem. ī. de accusa. qua r. 2 manifestū aūt solitum ordinem iudiciarium requiret, non inquisitionē, nisi sit infamatus. 2. q. 8. c. 2. tñ manifestum ex certa scientia & certo autore, pcedit, ēt qđ probari pōt. ff. de testa. hæredes. § ij. occultum ēt aliqñ dr̄, qđ probari pōt. C. de ap. eos. § j. sæpe autem

2 dicitur notorium manifestum. 2. q 1. manifesta. ¶† Notorium facti triplex est, primum est notorium facti actu transeuntis, quod ita habet euidentiam rei, ꝙ negari non potest probabiliter, ut si episcopus cœpit ministrare bona ecclesiæ supra de translatio prælat. uel episcopi, quanto. idem, si quis in conspectu populi occi-

deret aliquem & dicunt quidam, q in hoc notorio, licet sit occultum iudici, si detur sic petitio, uel accusatio, cũ talis eps transtulerit se ad talem epatum sine licentia Papæ, peto eum amoueri. uel, cum talis talem in præsentia multorum occiderit, q inficiatioui locus nõ est, peto eum puniri. ex quo ita proponit, põt procedere tãquam in notorio. i lit. non cont. 2. q. 1. manifesta, & c. de manifesta & c. quæ Lotha. s. de iureiu. ad nostram. & dicunt non esse necessarium li. cont. ubi absens est accusatus, & contumax. si aũt præsens esset, facere fieri li. cõt. & oportebit hunc probare duo, s. q fecerit homicidiũ. nec hoc sufficit. nisi probauerit publice factum. alioqn non posset condẽnari, ex quo sic formata est petitio, cui debet snia conuenire, ut s. de or. cog. cum dilectus. §. fi. & s. de proba. licet. sine probatione autem nunquam aliquem condẽnabit. 2. q. 1. nos in quẽquã, & c. Deus oipotens. & in tali notorio non auditur quis appellans. s. de ap. proposuit. Et sic appellatur notorium potius qualitate facti; puta q publice factum est, q qa fit iudici notum. & in hoc notorio debet præcedere aliquid de illis. q continentur infra e. in gl. quidam aũt. & hoc notorium actu transiens satis probabitr negãt à præsente. j. de fortil. ex tuarum. si autem sit notorium interpollatum, semiplena probatio requiritur, infra de usur. cum in diœce. si aũt sit continuũ,[a] nullus ordo requiritur, nec probatio; ut si clericus in carcere teneat. s. de ap. dilectus: uel si in domo publice teneret concubinam. 2. q6. 1. de manifesta: uel ꝯ iurm dñm psequitur continue. s. de ele. uenerabilem. ¶ † Item notorium est iuris. ff. de sta. ho. ingenuũ. j. c. c. fi. s. c. pxi. & si negetur, requiritur probatio. s. de re iud. sicut. notorium præsumptionis est, per quod presumitur filius: qa natus est de nuptiis. ff. de in ius uo. qa habes etiam alia exempla. 32. q. 1. c. 1. s. de præsump. tertio. 2. q. 1. de manifesta, & c. quale. j. de emp. ad nostram. j. de pig. illo. alij dicunt, q in his duobus notoriis, s. iuris, & in notorio continui facti sine accusatore, & teste procedirur, nec põt appellari, ut in cõcordantiis positis. s. ubi de eis tractauimus. in notorio autem facti actu transeuntis, & interpollati non admittitur directa accusatio, nisi cum ordine iudiciario, & admittenda est appellatio. sed potest indirecte procedi in talibus notoriis, scilicet inquirendo, & sic potest intelligi auten. ut iudices sine quoquo suf. §. si quis autem, & §. necessitatem. C. de accusa. ea quidem. nec obstat decreta. supra de elec. bonæ me. Ma. & c. uenerabilem supra de appel. cum sit, infra de uerb. sign. ex parte, ut ibi not. citatio autem semper est in quolibet notorio necessaria, ut suprà de iureiuran. ad nostram, hoc autẽ licet sit securius, non tamen negamus posse sustineri, quod dictum est. s. eo. glo. & j. eod. gl. quidam autem di-
4 cũt. ¶ † In notoriis . . . præsumptionis necessarius est omnis ordo iuris sed sufficit probare circũstantias, & præsumptiones, etiam si non probetur factum, arg. in præalleg. decre. tertio, & 32. q. 1. c. 1. quidam autem dicunt, s. secundum primam opinionem sufficere, & etiam necesse ad hoc, ut possit procedi in tali notorio actu transeunte, q literas receperit à fide dignis, ar de postu. c. 1. 2. q. 1. c. h. in auẽ. ut iudi. sine quoquo suf. §. siqs aũt, & §. necessitatẽ: uel ẽt p publicã famã, uel p denunciationẽ officialis. C. de accu. ea quidem; & q faciat citari

a ¶ *Si autem sit continuum. Ad Inn. hic uide Car. optimè declarantem in consi. 16. incip. in elucidatione premissi duby, col. 2. uer. Ad quod respondeo. Et ad dicta Inn. hic uide etiam Fran. Are. in cõs. 145. col. 7 in fi. & col. seq.*

partes. nam merita cãrum &c. s. de sent. & re iud. inter, ut s. de iureiu. ad nostram. 3. notorium uerò deprehenditur loco, quia fit in publico, non in domo occulta, & pp astantes, qui sunt multi, tot, s. q non inueniretur aliquis, qui posit tot inuenire, qui ꝯrium dicerent; puta tot uicinia, uel maior pars, uel tot, q inficiari nõ potest præterea tpe, puta die, non nocte, & ex multis aliis circũstantiis, quas discretus iudex uidebit. ff. de inst. sed & si. §. j. & ij. ff. de iuris, & fac. igno. l. regula. §. j. 2. q. 1. §. qñ aũt. ff. de uer. obl. continuus. §. j. & tunc qñ factum est notorium, sed persona delinqués occultatur, locum habet, ut quidam dicũt, q procedit quasi in notorio, ar. s. de test. cog. c. puenit ad nos, & no. s. de ele. bo. me. Ma. & de tali notorio actu transeunte loqnt. j. de uer. sign. ex parte in Christo, & c. fe. s. de app. cum sit Ro. §. ult. & c. proposuit. s. de fil. presby. conquerente. s. de transla. ex quanto. hi ẽt sic notoriè delinquentes non sunt audiendi appellantes. 2. q. 6. §. sunt. s. de ap. cum sit Ro. §. ult. &
5 c. proposuit. ¶ † Sed, quod est mirabile, post latam sñiam ẽt executioni mandatam ꝯ eam poterit de nouo perpendi iudicium, 1. agitari. C. de accu. ea quidem. non mireris, quia alibi non licet appellare, & tamen contra eãm agere licet, ut in supplicatione. C. de præci. impe. offe. auf. quæ supplicatio. 2. retractabitur prima snia, siue processus, si probauerit falsum esse, quod obiiciebatur, uel ẽt non notoriuм. C. de accusa. ea quidem, quãuis hoc difficile uideat. sed ꝯ uidetur, q non debeat citari in notorio actu transeunte. s. de ele. bo. me. Mag & c. uenerabilẽ, & ẽt q non sunt in tali notorio recipiendæ probationes. 2. q. 1. de manifesta, & c. quæ Lotharius. sed illa habent locum in notorio, qd in cõspectu iudicis contingit uel in notorio continuo. uel ubi interuenit citatio, ut no. s. de ap. cum sit Ro. uel dicas gñaliter in quolibet notorio posse procedi sine citatione. hoc non placet. & sine probationibus non pp hoc reuocabitur snia, nisi cõstet ꝯrium, ut s. dictũ est. sed melius est, ut mõ predicto pcedat, nisi forte periculum, uel scandalum esset in mora; & sic põt intelligi, quæ ꝯtinebant. s. de ele. bo. me. Mag. & c. uenerabilẽ. & fortè non est dña inter notoriũ actu transiens & actu interpellatum, sed in usurario manifesto quædam constituuntur spãlia ut not. j. de usur. cum in diœc. & c. qa. ¶ Sed quid dices, negatione fit res dubia ergo ubicũq; negabitur, non seruabitur dictus processus. C. de inge. ma. l. iij. rñdeo, sicut dictum est, si præsentes sunt, & negetur bonum est, q seruetur ordo iuris & incitationib. & in aliis. ff. de custo. & exhi. reo diuus, ar. 2. q. 8. c. 1. & 2. & si non fuerit præsens, uel recessit, tunc non seruatur ordo. Vel dic illud habere locum, in quibus probabiliter põt esse inficiatio. uel dic, q esse dubium, iõ requirunt probationes, & qa notoriũ iõ procedit sine ordine; & sic diuersis respectibus aliqd dr dubiũ & notorium: sic ẽt ordine nõ seruato proceditur, si de malẽficiis notoriis excipiat ꝯ electum, uel testem, & lo-
6 quitur. s. de ele. bo. me. Mag. & c. uenerabilẽ. ¶ † In aliis autem præter maleficia, puta in ꝯctibus, non credimus locum habere prædictum processum: imò in ipsis seruabitur ordo iudiciarius: quia ibi tempore prædicti ꝯctus, & ante & post contractum multa sunt & interueniunt et extra id, quod agitur, quæ homines non audiunt, uel non notant notabiliter. Itẽ qa quæ consensu uel uerbis, uel re ꝯhunt, non possunt talia ita esse notoria. ff. commo. si is. §. ult. ff. de act. & ob. l. j. & ij. Idem dr de possessione, quæ licet consistat in facto, habet tñ aliqñ aliqd iuris. ff. de acq. poss. l. j. §. acqrimus, & l. possessio. ¶ Præterea alia rõne reprobamus pcessum notorij in con-

in contractibus quia si præsens esset reus, forte haberet exceptiones suas, & alius est modus subueniendi actori, s. p excõicationem, uel missionem in possessionē supra ut lit. non contest. tuæ, & c. qm̃. sed dices, idem etiam põt dubitari in criminibus: quia forte ad suã defensionem fecit homicidium: uel qa trãsiuit ad epatum auctoritate Papæ, uel ꝙ est denunciatus post appellationem, ī de trãsla. c. ult. ī de resti. spol. olim, ī de sent. excõ. per tuas. Item remedium aliud actor habet ꝯ eũ, C. de requir. re. & ff. eo p totum. sed dicimus, ꝙ spãle est in maleficiis, quia interest reipub. ne maleficia remaneant impunita, ī de sent. excõ. ut famæ ꝓceditur sine ordine, & tñ necessarium est, ꝙ non solum probet maleficium, sed etiam qualitatē facti, s. ꝙ homicida insultum fecerit, & occiderit, & sic de oibus aliis: qa aliàs esset inficiationi locus, ar. ad pdicta de rest. spol. olim, & c. cum ad sedem. 2. q. 1. ꝗ Lotharius. quidam dicunt, ꝙ si negetur notorium, semp est ꝓbandum notorium, ut ff. q satisd. cog. si uerò. §. ult. & hoc in absentia partis ꝓbari põt, ar. ī de pac. c. interposita. §. ult. & postq̃ probauerit notorium, tunc admittentur ꝓbões sup principali. sed prius dictum magis placet, cum hoc sit ꝓlongare lites, & circuitus adducere. ¶ Nulla tergi.] tale notorium facti, puta quia mulierem suspectam secum tenet in domo, uel lecto, & quia confitetur uel non diffitetur, uel si filios habeat de aliqua muliere, infra de di uor. significasti. Illud factum, uel potius maleficium dr̃ notorium, ut homicidium, & adulteriũ: quia pluribus notum est, etiam si circũstantiæ non sint notæ, quæ excusant, uel aggrauant maleficium; ut puta quia iudex est, qui occidit, uel etiam alius, sed ad sui defensionē. uel etiam adulter non tenetur: quia ignorantér eã cognouit, uel quia supposita, uel quia parentelam ignorabat inter se & uxorem suam. sed certe in hoc casu, qñ quis teneat aliquã pro uxore, non uʳ habere locum ꝓcessus notorij: qa tunc non est notum maleficium, licet notorium sit factũ, s. ꝙ tenet, & cognoscit talē mulierē, qđ non est peccatum, nec de genere pcõrum, nisi & ipsa ꝯsanguinitas esset notoria, nõ dico uiro, sed aliis ita, ꝙ possit cẽseri notorium. non. n. est necesse ad hoc, ut ꝓcessus notorij habeat locum, ꝙ sit notã in partib. sed ꝙ ī ueritate sit notoriũ: qa si uelles dicere, ꝙ oportet oẽs circũstantias excusantes maleficium esse notas, sequeretur, ꝙ nullum maleficiũ posset esse notorium: qa nullum est, qđ non possit habere aliquam circũstantiam, q̃ possit excusare maleficiũ. ¶ Sed ꝯ. non dr̃ factum notorium, nisi qñ non est inficiationi locus, etiam qñ non põt ulla tergiuersatione celari, ut hic. 2. q. 1. de manifesta. Sol. non dr̃, ꝙ maleficium non possit excusari: sed dicit, ꝙ ipsum factum, qđ dicitur maleficium, non põt celari, q n sit factum notorium, i. si sit notorium factũ, habet locum ꝓcessus sine iudiciario ordine. processus aũt iste extraordinarius, de quo loquunt canones, raro locum habet ſm cano.

7 ¶ † Item no. ꝙ imputatur accusato, q habet legitimas cãs inficiandi, ꝙ citatus non uenit, & ꝓceditur inquirendo de circũstantiis non notoriis, etiam si præsenti accusato incũberet ꝓbatio, habebitur ꝓ nõ probato, ex quo absens est. alioquin, si nõ absenti, sed ꝓsenti incũbebat probatio, iudex ad sui instructionem ꝓbationes recipiet. ¶ Item & procedere ad pœnam huius cõtumacis, sicut fuerit iustum, eius contumacia nõ obstante, supra de elect. bo. me. Ma. 2. q. 1. de manifesta. sed si uenerit, audiantur excusationes eius. 2. q. 1. Deus omnipotens. & si aliqua pœna imponatur eis, uel si aliquod mandatum fiat eis occasione malefacti, eo uõ existente contumace, & non facta legitima inquisitione de non notoriis, illud uel erit nullum, uel erit reuocandum tanquã iniustum.

8 ¶ † Item monitio iudicis. ꝗ monet reum, ꝓ satisfaciat, non habetur ꝓ citatione: quia monitioni nõ teneretur parere, si habet iustam excusationem, ī de præsump. c. dudum. 14. q. 1. quisqs. ar. ꝯ. ī de rescript. si qñ, ubi dr̃, ꝙ per literas debet se excusare: sed ibi loquitur de honestate. ¶ Alij dicunt, & forte bene, ꝙ in notoriis post citationem põt procedi, si citatus nõ mittit sufficiētem responsalem, ar. ī de cler. non resi. ex parte, & duobus capitulis seq. ¶ Item si sit factum, ubi requiritur purgatio, uʳ ꝙ ad purgationē uocari debet, arg. ī de sent. excõ. si uerò. & idem uʳ, ꝙ ad sñiam sit uocandus, C. qũo & qñ. l. ea quæ. 3. q. 9. per totum. & alij tñ ꝯdicunt in cõtumacib. & illa loquuntur in absentib. non contumacib. sed accusatori imputaret, si sciret legitimas excusationes accusati, & eas non diceret; & ꝓuidetur in hoc casu accusato ſm tenorem l. ff. de iud. l. si prætor. ¶ Item dicimus, ꝙ licet in notorio possit ꝓcedi li. contest. & seruato alio ordine iudiciario, qñ partes sunt præsentes: nihilominus tñ dicimus posse ꝓcedi ꝓsentibus eisdem etiam lit. nõ ꝯte. nec alio iudiciario ordine seruato, sicut & qñ reus absens est ꝯtumax pter citationem, q̃ semper est necessaria.

9 ¶ † Item post citationem necessarium est ei exponi factum,[a] ꝓ quo citatus est, & ꝙ audiatur defensio eius. & si hoc non fiat, satis dici põt nõ tenere sñiam sup notorio latam. sicut. n. in aliis causis, q̃ requirunt ordinem iudiciarium, uõ ualet sñia, quæ fertur non cognito de cã; & sic intelligit, C. de sen. & interlo. om. u. l. plaćã, C. de accu. si accusatorib. & l. absentem. ¶ Idem uʳ etiam in notoriis, ubi & non ois, aliquis tñ ordo seruandus est, ī de iureiu. ad nostram 3. sed si audiantur eius excusationes, licet sup eis non admittatur ꝓbõ; nihilominus tñ, si est notorium in ueritate, tenet sñia. & hoc, si ipsum ꝓbetur coram illo, coram quo petitur sñia pronunciari nulla, iudicab tur sñiam debere manere ratam. secus tñ uʳ in aliis, quæ requirunt ordinem iuris: qa ibi, si nullæ ꝓbões reciperentur super qõne, de qua agitur, non teneret sñia, ut dictum est: quidam tñ aliter dicunt.

10 ¶ † Item dr̃, ꝙ si accusatus est absens, & contumax, ꝙ tenet ꝯ eum sñia, etiam nullo ordine seruato, dũmodò ei, coram quo petitur sñia pronunciari nulla pp defectum ordinis, probetur factum notorium. nec ex aduerso corã eodem iudice probabitur aliqua excusatio. imò plus dr̃, ꝙ in hoc casu non est admittendus ille, q fuit ꝯtumax, ad ꝓbãdum excusationē. secus in primo casu, qñ nõ fuit contumax in primo iudicio. sed si iudex ꝯ ius litigatoris noluit admittere eius excusationes, tũc secundus iudex, q cognoscet, an nulla sit sñia, bene admittet ꝓbões super eius excusationibus. melius tñ potuit sibi ꝓuidisse, si appellasset ante sñiam, qñ ꝓbões super suis excusationibus non admittebat: qa tunc hoc solo, ꝙ sñia lata esset post talem appellationem, cassaretur sñia lata: aliq aliter tñ dicũt. ¶ Itē dicimus[b] ꝙ etiã si iudici nõ sit factum uerũ notorium, dũmodò uere sit notorium, licet iudex peccet, si fert sententiam ante, q̃ ꝓbetur factũ sibi notorium: tñ eius sñia reuocabiʳ tenet. Item dicimus, ꝙ non solum factum, sed etiã possessio, & ꝯtus

Inn. super tertio Decr.

a ¶ *Factum. Adde Abba. qui hoc alle. & re fert in cap. ecclesiam S. Mariæ, col. iiij. in fi. supra de constit.*

b ¶ *Item dicimus. Adde, quòd hoc dictũ refert & sequitur Abb. in c. olim, supra de re iud. & ibi de ctus ueritate uide per Felt. col. viij. uersi. hic, & his similia.*

possessionis possunt esse notoria, licet in eis rarò debeat pcedi sm formam notorij; sicut & in eis rarò pceditur in forma inquisitionis; hoc plus placet, q̄ ea, q̄ notantur in gl. fama, & quidam [testis] 2.q.6. de manifesta. [euidentia] puta, q̄a non secum teneat eam in domo, & in camera, sed cōiter dicitur, q̄ eam cognoscat.

NObis [naturale] supra eo.c.j. contrarium ibi tamen solutur.

QVæsitum [notorium] de hoc notatur, supra eo. tua [euidentiam] .s. quia tenet mulierem in domo, uel filios habet.

De clericis coniugatis. Rubr.

SI qui [relinquenda] 32.dist. si qui uerò, 5. 12.q.1. quia. Sol. illud loquitur ubi timeč scandalum. vel illud de pauperibus clericis, & nō intitulatis, qbus nō ex debito, sed ex eleemosyna est bene faciēdum. vel illud fuit dispēsatio in nouitate gētis Anglicorum. vel illud uetus hic autem quod dicit hæc decr. hodie seruatur.

SAnè [nisi fortè] licet enim habeant uxores, si ipsæ & mariti uoluerint uouere castitatem, possunt habere beneficia.

QVod à te [redire] ff. de coll. illi. l. j. in fi. 16.q.6. de lapsis, & c. cognouimus, š de renun. ex trāsmissa. 17.q.4 quicūque, 5. 27.q.1. si qs rapu. 12.q.2. nulli licet. 18.q.4. sunt q opes, in authē. de mona. §. si uerò reliquas. j de cō. ap. uerum. Sol. dicunt qdam, aliud est, cū sponte recedit, quo casu nihil recuperat, ut in 9trarus: aliud, cū iudicis auctoritate recedit; quo casu oīa recuperat, ut hic, & in 9cordantiis. ¶ Sed 5 hoc uī, q nō debet ei pdesse iudicis auctoritas, cum ad hoc sua culpa deueniret, ar. ff. cōmo. l. si ut certo, quāuis nō possit dici culpa, si in minoribus 5iat mřimonium. pp hoc dixerunt alij, q sicut in dote, uel donatione pp nup. intelligitur 9dō, .s. ut duret durāte mřimonio, sic & qn ingressu suo aliquis donat aliquid ecclesiæ, C. de rei uxo. act. l. j. secus, si aliàs donat: quia tunc nil reuocabitur, nisi expresse dicta sit 9dō, j de 9d. ap. uerum. alij dicūt hoc. c. cum 9cordantiis intelligi de benignitate. 5ria de iure cōi. alij dicūt, q si res aliquas donat expressè, nō pōt eas reuocare: sed si tacitè, ipso .s. ingressu ecclesię, secur, arg. C. si pe. ap. l. ij. alij uerò dicunt, q si simpliciter facta est donatio, nunquam est reuocanda, C. de dona. l. irritam, C. de renoc. dona. si donatione. hæc autem facta sunt sub conditione, si ibi permaneret.

SAnè sacerdotes [nuncupanda] supple & pter hoc priuati ecclesiis fuerunt, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio quando non teneat.*
2 *Criminosus promotus ad aliquam ecclesiam an recusari possit de crimine, quod prius habebat.*
3 *Ad denunciationem criminis nullus excluditur.*
4 *Recusatio, uel appellatio criminosi, cuius crimen per confessionem est notorium, an admittenda sit.*

DIuersis [cithara] .i. uita contēplatiua cum cōiugali [cōtuleris] repete, q̄ diximus, š de elec. nosti, & de fil. presb. ueniens. possunt etiā aliter solui 5ria ibi posita: quia hic intelligitur dispensasse.

1 ¶ † Quotiēscūque. n. aliqs facit aliqd 5 ius, & illud tale, est, in quo possit dispēsare, dispensasse intelligitur,[a] ut hic, & š de fi. psb. ueniens, š de biga. c. ij. uerūm est, ubi seruet ordinem, & cum cāe cognitione faciat dispēsationem, ut no. in decr. ueniens. alius pōt uenire 5, .s. superior & successor. sed ipse nō, ut hic, & 81. dist. quicūque. 51. dist. quē in aliquo. & credunt, q in hoc casu pp inordinatum pcessum, .s. puta q̄a non pmissa cognitione cāe dispēsatum, possit reuocari dispēsatio, & puniri dispēsator. ipse tñ sine peccato tenet beneficium, quousq; dispensatio reuocatur, sicut hic pbat, & tenet dispēsatio. 5rium est in diffinitiuis sentētiis, q̄ non reuocant, C. de sen. & interl. om. iu. platam. ¶ Si aūt dispēsatio non teneret, q̄a in casu indispēsabili ordinasset, uel dispēsasset, tunc etiā ipse posset 9uenire. 55. dist. pœnitentes, š de fil. psby. c. pen.

2 ¶ † Item dicas, q si criminosum pmouet epš, uel irregularem ad aliquā ecclesiam, uel ordinem, epš de crimine, uel irregularitate, quā prius habebat, & sciebat, accusare non pōt: q̄a mores eius, quos approbauit, reprobare non pōt, ff. de adul. si uxor, in fi. ar. 4.q.3. si quis te.

3 ¶ † Sed pōt denunciare crimē eius. ad denunciationem enim quilibet tenet, & nec facto suo uel pmissione pōt à denunciatione excludi, š. de iureiur. quēadmodum, & c. ult. 2.q.1. si peccauerit. sed si coram ordinatore de huiusmodi crimine, uel irregularitate accusetur, bene pōt facere iustitiam. nulla. n. exceptio potest eum repellere à iudicando, cum si pp suspitionem d. cere r. epellendus, nō ab ordinatore, sed potius ab accusatore posset hoc dici; quia plumitur uelle suum defendere factū. sed si inquirendo uellet pcedere, dicunt quidā, q bene posset tali exceptione repelli, Tu crimē mesi nosti heri, sicut hodie, & hoc satis uī iustū, si inquisitor hoc fateaī, ut hic, uel aliàs notorium esset, qd̄ sciret. sed si inquisitor hoc non fateaī, non uī, q aduersarius sit admittendus ad pbōnem exceptionis, cum nō possit pbare exceptionem, nisi confiteatur de crimine suo, & confitenti

4 nullæ sunt partes iudicis, ff. ad l. Aquil. proinde. ¶ † Itē cum per confessionem sit notorium crimē eius, non debet audiri recusatio eius, nec appellatio, š de app. cum sit Ro. & c. nouit. Alij tñ contradicunt, .s. q semper est admittēda exceptio. nec opponitur hæc exceptio, cum sit declinatoria iudicij, nisi in princ. ut not. supra de exceptio. pastoralis. argu. contra. supra de fil. presbyt. ueniens. Solu. illa loquitur, ubi nullo ordine iudiciario seruato fuit spoliatus, & erat notorium, defectum ordinati esse notum episcopo. vnde cum ante spoliationem non habuit potestatem proponendi exceptionem, potest proponere post: secus, ubi seruatur ordo, & facultatem habet excipiendi. quando autem ordinatori licet excipere contra ordinatum, dic ut not. supra de ætate & qualit. & ord. præfi. accepimus.

a ¶ *Dispensasse intelligitur. Adde, quòd in hoc contrarium uidetur tenere ipsemet Inn. in c. ueniens. de fil. presb. sed pro concordia, uide Abb. in c. in cunctis, §. inferiora, supra de elec. col. 9. qui intelligit dicta hic i principe, & dicta in d. c. ueniens, in inferiori à princ.*

CVm olim [orientalis] 31. distin. Nicena, qm̄ uiro. [consuetudo] no. q consuetudo impedit, & suspendit usum matrimonij, & multofortius impedit 9hēdū, j de cog. spi. super eo. 32. dist. placuit. 9ctum aūt & ratū licitè nō dirimit, ita, q posit cū alio 9here. nec 9dicit, j de diuor. gaudemus: quia ibi non loquitur de rato.

IOannes [gaudere] ut infra cap. proxi. nisi priuilegio illius canonis. 17.q.4. si quis suadente. in si ter monitus nō dimiserit negotiationes, & alia, q̄ clericis phibentur,

bentur, hoc etiam priuilegio priuabitur. ẜ. de ui. & ho. cle. c. ul. ĵ. de sen. exc. i. psentia. ĵ. de apo. c. j. ubi no. ¶ Quidam tñ intelligũt prædicta. c. s. de apo. & de sen. exc. loq in casu speciali, q nō gaudeant priuilegio canonis, si qs suadēte, qn uiolentias inferũt, uel arma portant. sed si alii ut layci agant in negociationibus & alijs huiusmodi gaudent prædicto priuilegio canonis, sed non alijs.

Ex parte [abiecta] & nihilominus seculares negociationes exercent. [lusticias]. ẜ. eo. c. px. ẜ. de ui. & ho. cle. c. ul. secus dicimus in depositis: q a & habitũ portare debent, & in omnibus clericaliter uiuere. 8 t. dist. dicto, & gaudent priuilegio. c. si quis suadente.

Vt consultationi, &c.

De clericis non residentibus. Rubr.

Non liceat [transire] nisi cum auctoritate Papæ. de transla. inter corporalia [Manifesta] scilicet ambitio dignitatis, uel diuitiarum.

Ex gestis [depositus]. i. dignitate remotus. no. in amotione cardinalis synodum cōgregatã, & super ipsius amotione totius synodi consensum habitum: imò Papa fecit depositionem.

Quia non [inhibemus] pœnā horũ hēs. ĵ. de pb. & dignit. de multa. [Ministeriũ]. i. dignitas. Vel potes intelligere de quolibet bñficio, q reqrit residentiã uel ex cōsuetudine uel priuilegio, uel statuto ecclesię, uel alio legitimo modo [persona] nisi esset annexa præbenda. ĵ. de præb. & digni. ad extirpandam.

Relatum [in Laterañ.] ẜ. eo. c. px. [bñficiũ]. i. dignitas, q ex eo apparet, q in concilio non fit mētio nisi de dignitatib. & eccl'ijs, uel potes intelligere de quolibet bñficio, & bene fit mētio in pxi. ẜ. c. ubi dicit ecclesiasticum ministerium [ꝯdicunt] quia non stat in eis. [Non admitti] die si psumant tales, uel nisi caueãt. [suorum prælatorum] not. inferiores prælatos dare lniam eundi ad scholas, & alibi. [Pro alijs.] ĵ. eo. de cætero.

Fraternitati. [cōmendaticijs literis] 72. distinct. per totum.

Conquerente [silentium] No. q si quis non residet in ecclesia sua, uel habet alia beneficia, q potest agi contra eum,[a] ut amoueatur ab illo bñficio.

[a] ¶ *Contra eum. Intellige, nisi docuerit, quod per se uel per alium deseruierit ita intelligit Pe. de Anc. Innocen. hic, & cons. 17. col. j. uer. quādo sunt beneficia inci. cō silium, super j. dub.*

De cætero [subtrahi] Specialis gfa fuit. uel dic hoc eē ius cōe, ut q̃diu canonici, & alij clerici dioce. uel alij subiecti suis prælatis, siue epis, siue alijs, qui hñt sup eos ordinariã & immediatã iurisdictionē q hre debent sua bñficia nisi forte affectarent. ff. si qs cau. l. 2. §. ul. Itē oportet, q necessitas, & utilitas uel epi, uel ecclesiæ adsit. ĵ. eo. ad audientiam. alias. n. cum non pertineret ad officium suum, nō posset eis præcipere. 7. q. 1. quia frater, & no. ẜ. de temp. ord. ad aures [Victualia]. x. q. iij. relata.

Ex parte [uocatus]. ĵ. ex tuæ. ¶ No. sufficere solam monitionem, q redeat ad ecclesiam, nec est necesse eum citari ad ecclesiam. & hæc est ratio, quia non potest 3 esse nisi notorius excessus eius. ĵ. eo. c. j. & ij. tamē si iste iustam excusationem haberet, quare non rediit, totum reuocabitur. 7. q. 1. præsentium. 4. q. 5. c. j.

Qualiter [reuocatus] no. capitulum reuocare epm quia per hanc reuocationem à canonicis factã Papa mandat ad electionē alterius pcedi [Eligatis] nōt. nullam superioris sniam esse necessariã ꝯ hunc absentē, sed solam reuocationē sufficere, ut canonice pcedatur ad aliũ eligendũ; ar. ẜ. ĵ. c. prox. Nos credimus, q q̃tuncunq; subditi moneant plãtũ, uel socium de redeũdo nō tñ pñt pcedere ad eligēdũ sibi superiorē sine autoritate illius, in cuius manibus pōt renunciare, uel q iurisdictionem habet super eum, ut eũ remoueat; quia inferior &c. 21. dist. inferior, & c. seq. ẜ. de trans. inter.

Inter quatuor [expectati] fm formam ꝯtētã. ĵ. c. px. uel dic hoc tps præfigi à iudice [impedimento] no. q et si fine iusta causa absuerit, si tamen postea incipiat se gitimo impedimento teneri non priuabit ecclesia. & est hoc ea rõne: quia monitio debet præcedere: monitio ãt, cũ impeditus est, eũ arctare nō pōt. ẜ de elec. bo. me. &c.

SVMMARIVM.

1 *Absens an semper sit expectandus, & quāto tempore. in n. 2. 3*
4 *Vagationis delictum sufficit ad priuationem ecclesiæ.*
5 *Edicta publicè proponi sufficit, licet ad citatum non perueniãt.*
6 *Quamuis prælatus sit excommunicatus non tamē debet à prælatura administratione cessare.*

Ex tuæ [fraudulēter] Sp præsumitur fraus, cũ sp debeat ecclesiæ seruire. uñ cũ sit in culpa magna, iuste ꝯparat fraudi. ff de ner. sig. mag. ff. man. si fideiussor, in princ. ff. de po. qd nerua

1 [†Citatio] quicquid dicãt iura antiqua, q absens clericus tm duobus mensibus sit expectãdus. 7. q. 1. psentium uel tribus septimanis, 7. q. 1. si quis in clero, uel v. annis. ẜ. e. c. ij. siue de anno in auẽ. de sanctis. epis. §. interdicimus tu sic tene, q si quis abest probabili & necessaria cã, siue probabili tñ, puta studiorũ uel quia sit cũ epo suo, uel alia iusta cã, sp expectabitur. ẜ. eo. relatum, & c. de cætero. ĵ. eo. c. dile nisi citetur primo ubicunq; fuerit ultra mare, siue ubicũq; alibi fuerit. cum. n. in nulla culpa sit hic, sine cã expoliari nō debet. lvj. dist. satis. 16. q. 7. inuẽtum. hoc tñ bñ fatemur, q si certũ tps hēet ad redeũdũ, uel ēt qualitas negocij certum tempus requireret, ut quia mittitur ad concilium, uel ad cãm, finem concilij uel cãe tacite p termino hēt. uñ si clericus post finem uagẽ cōputatis diebus ad redeundum uagari intelligitẽ ff. ex qui. cau. ma. in inte. rest. si cui, in fi. §. j. unde ex tunc licite daẽ eius bñficiũ, nec est necessaria citatio, nec expectatio. 6. mensium, de quibus habetur in hac decre. & 7. q. 1. psentium. tñ, ut ibi dr, si probauerit postea se legitimo impedimento detentum fuisse recuperabit ecclesiam suam beneficio, s. resti. in integ. ex generali clausula. Ad idem. 4. q. 5. quisquis. ff. qui satisdat. cogan. l. 2. &

2 per totum. ¶ †Alij autem dicunt, q postq propria uolũtate incipit morari, debet expectari per sex menses, & citatio ad domum fieri sicut dicit hæc decret. non enim debuit ei obesse, q bonum initium habuit absentiæ. & c. psentium loquit fm antiqua iura, uel tpa, qñ minus tps assignabaẽ. hodie aũt designaẽ maius, ut hic. Item dicimus, q si ex cã probabili sit absēs, pōt reuocari p p necessitates ecclesiæ. unde semper debet notificare ecclīæ suæ ubi moretur. q si non fecerit, cum sit in culpa, & latitare uideatur, sibi pǰudicat. ¶ †Si quis aũt habet ali-

3 quod beneficium in ecclia, sp cōparere dēt nec aũ est transmittenda citatio post citationē sex mensium, & edictum emissum, ut hic & poterit eius beneficiũ assignari qui eius necessitates suppleat. præfertur eñ publica utilitas priuatæ, ut 7. q. 1. mutationes, & multis alijs. cap. Inn. super tertio Decr.

Item

Item oportet, q̄ ꝑdicti, qui ex probabili cā absunt, habeant licentiā sui prælati, de consec.dist.5.nō oportet, uel q̄ consuetudo sit, q̄ possint abesse ex iusta cā, licētia non obtenta. bñ.n.posset hoc ex consuetudine induci, q̄uis hoc nō posset consuetudine induci, q̄ sine licētia uagenť. esset.n.talis cōsuetudo ꝯ bonos mores & in læsione ecclesiarū. vnde nō ualet, ut no.s̄.de ꝯsue.c.t.imò plus dicimus, q̄ nec ēt prælatus pōt ei licentiā dare uagandi. & si dedit fortè, licet ipse ꝑlatus, q̄ ei licētiā dedit, non possit ꝯ eum procedere; tñ superior procc-
4 det.j̄.de cle.coniu.diuersis: qđ tñ non fatemur. ¶†Item no.q̄ hæc decr.habet locum in ecclesiis requirentibus residentiā, uerū ēt non requirentibus in eo casu, qñ uagañ: qa sufficit delictū uagationis ad priuationem eius. 7.q.1.non oportet, & c.seq. Itē & in eo casu, qñ ex iusta cā absunt: sed moniti ubi sunt pro necessitatibus, uel utilitatibus ecclesiæ suæ uenire recusant: qa tunc poterunt priuari ecclesia, ar.11.q.3.sicut aūt, & c.absit. si uerò præsumptiuè habeant primā pro derelicta, qđ ex eo uehemēter ꝑsumitur, q̄ accepit scđam, quæ reqrit residentiā, uel qa accepit uxorē, uel qa agit solēnē pniam 81.dist.c.si.s̄.proxi.ti.c.j.& ij.21.q.2.si quis, iā statim uacat prima, quæ sitr residētiā requirit, quāuis forte melius dicať, q̄ nunq̄ sit sic cōferendū bñficiū: qa & si uacet de iure, non tñ de facto, nisi primò sibi sniatr abdicet.j̄.de ꝯces.ꝑbē.uel ec.nō ua.literas.s̄.eo.ex parte, & satis colligit.s̄.ti.proxi.c.j.nisi in casu.j̄.de ꝑbē.& dig. de multa.& no.j̄.de ꝯces.ꝑbē.uel ec.nō ua.nō nris. Si uerò cā leuitatis uagať, si pōt de facili inueniri, uel scitur ubi ipse sit ꝑsonaťr est reqrendus uel à caplo suo, si epꝯs sit absens, uel ab alio, qui ius reqrēdi habet, uel quem res tāgat. & si requisitus nō uenerit, licet sua autoritate nō possit procedere ad electionem, obtenta tñ lnia à superiore, q̄ ꝑstaret, debet eligere aliū.s̄.e.quaťr. si uerò nesciť, ubi sit, uel de facili citari nō pōt, puta qa est ultra mare, uel in remota ꝓuincia, fiet qđ dř hic, ar.j̄.q ma. accu.poss.relatum. interim aūt de fructibus ecclesiæ faciet ecclesiæ deseruire.s̄.de app.peruenit.2.j̄.e.cum ad hoc. Alij dicunt, q̄ si est monitus, uel ēt sine monitione & superioris autoritate, si certū est, q̄ ab ecclesia abest sine cā, pōt alij conferre eandē ecclesiā.j̄.de ꝑbē.& dig. extirpand. hic aūt certū est, q̄ licet reuertať, tñ punieť de eo, q̄ absens fuit siue in diebus festiuis, siue in aliis ultra, quam debuit.7.qō.1.si quis.50.dist.contumaces.
5 †Edictum] sufficit edicta in publico proponi, & si nō ꝑueniāt ad citatū.s̄.de eo, qui mit.in pos.cā rei ser.si aduersarius, & C.qūo & qñ iud.ab eo.ar.ꝯ.ff.quæ sen.sine appel.res.l.j.§.item cum ex edicto. sed ibi non fuit solēniter propositum [spoliari] etiam lit.non cont.est.n. hic casus, ubi lit.non cont.proceditur ad priuationē ecclesiæ sic.s̄.ut lit.non conte.quoniam.§.ij.secus autem, si propter crimen peteretur repelli: quia tunc non nisi lit.non cont.agi posset, ut not.s̄.ut lit.non conte.quoniam [procedatur] excommunicando, & suspendendo potest archiepiscopus procedere contra episcopos deserentes ecclesias suas: remouere autem ab episcopatu, uel administratione non pōt. sed hoc hic specialiter le-
6 gato conceditur † Remoueat] hic uidetur, q̄ licet prælatus sit excōicatus, non tñ debet propter hoc cessare ab administratione prælaturæ suæ. contra supra de ap. pastoralis, in fin. Sol.quidam respondent, q̄ administrare debent in temporalibus, & etiam in spiritualib. sed per alios. cum enim in prælatura tolerentur, & ipsis imputaretur, nisi administrarent, & subditis imputaretur, nisi obedirent.8.qō.4.nonne ipse tamen administraret, & subditis imputaretur, si prælatus non uteretur rebus ecclesiæ: quia qui caret officio, carere debet & beneficio, ut no.s̄.de app.pastoralis. ¶Alij dicunt, q̄ ex quo excommunicatus est, nunq̄ se debet admiscere administrationi tꝑalium, neq; spūalium, ar.pręall.decr. pastoralis, & quia peccat aliis cōicando. & intelligitur qđ hic dicit, quia ipsi ꝑlati ꝑ excōmunicationem, & suspēsionem primā & simplicē bñ priuanť administratione tꝑaliū, & spūaliū: sed eis absolutis statim recuperāt ipso iure administrationem. sed qñ amouenť secundò ab eꝑalibus, tunc non restituentur ipso iure, sed post absolutionem: imò alij in locum eorum ponunť, ut hic.

TVæ fraternitatis.

CVm decorem [dimissis] s.dignitatibus.

EX parte [absentando] uerba.n.in iure posita legitimam interpretationem recipiunt.j̄.ad audientiam. [Residens] residens intelligitur siue præsens, sit siue absens, dūmō pro negociis ecclesiæ absit.j̄.c.proxi. præsens autem semper dicitur, qui negociis ecclesiæ adest.

CVm dilectus [gaudere] sic.s̄.eo.de cętero.

AD audientiam [decernimus] No.non dispēsat hic Papa, sed decernit. non est.n.necessaria dispensatio, cum non faceret ꝯ iura, qđ sic interpretandum est s̄.e.ex parte.2.no.s̄.eo.de cœtero. [Dici] sic.s̄.e.ex parte, & c.de cętero.

CVm ad hoc. [indulgentiis] hoc est de gratia, & ꝑꝑ cām, s.defectum seruitiorum. [Prædecessorum] dicunt quidā hoc ius cōe: qa sicut sine cāæ cognitione nō pōt prohibere ultra tempus suæ administrationis. ff.de pœnis.l.ult.ita nec licentiā dare. alij dicunt, q̄ hoc fuit de gratia speciali, & ex causa.

S V M M A R I V M.

1 *Qui tenentur residere in beneficio, quando possint eo spoliari.*
2 *Cum confirmatur clericus alterius diœce. oportet habere permissionem.*

1 CLericos [beneficia] † habentia curā aīarū. uel pōt loq ēt de minorib. clericis, & de simplicib. bñficiis, ēt si nō habeāt curā aīarum, sed tñ requirūt residētiā uel ex statuto, uel ex priuilegio, uel ex cōsuetudine approbata. hi.n.possunt spoliari illo bñficio, in quo residere teneņť, nisi moniti residcāt, & de talibus bñficiis pōt intelligi.s̄.e.qa nō, & c.relatū.j̄.de ꝑbē.cū nō ignores.70.dist.sanctorū. si aūt non requirunt residētiam beneficia, tūc nisi cā subesset, uel necessitas, uel utilitas, non cogereť in aliqua ecclesia morari: quia hoc ꝑcipere nō ꝑtinet ad eius officiū, arg.7.q.1.qa frater. clerici.n.possunt habere plura bñficia in talib. ecclesiis, quæ s.residentiam non requirunt, arg.s̄.de exce. cū ecclesiasticæ, ar. ad hoc, q̄ epꝯs aliis clericis, & ēt peregrinis pōt cōcedere beneficia in talib. ecclesiis.16.q.1 possessiones. facit aūt ad hoc.s̄.de cōsti.cū oēs. nec obstat si dř, q̄ nō pōt duab. ecclesiis seruire.16.di.acutus. Rñ. q̄ oēs ecclesiæ una ecclesia sunt.21.dist.q̄uis nec obstat. j̄.de præben.cum sm ubi innuiť a ꝯrio sensu, q̄ qui nō seruit altari, nō uiuet de altari, cum tam qui residet, q̄ qui non residet, seruit altari, dummō bñ uiuat, & bene expēdat, qđ inde ꝑcipit. ¶Item quicquid habet ecclesia, pietati deputatū est.12.q.2.aurum habet.54.di.multos. intelligo tñ oē bñficiū residētiā reqrere nisi ꝯtiū ꝯstet.

¶Hoc

¶Hoc tamen no. q sine beneficium requirat residentiā, siue non, interim tamen, quādiu priuetur, habebit uocē in electionib. & in aliis, quæ in illa ecclesia fuerint facienda, nisi 9ria sit consuetudo: sed præbendam non recipit de beneficiis, q residentiam requirunt; & sic potest intelligi. 70. dist. sanctorum. ubi dr, q ex dispensatione epi non potest esse canonicus pbendarius. q.d. q alias erit canonicus & in aliis, sed pbendam nō habebit. & hanc interpretationem uī ecclesia recepisse de facto. licet.n. eps prioris ecclesiæ dispensare possit tacitè, & expresse, uel sustinere fm nos sine dispensatione, q ha beat canonicatum in alio episcopatu, si placuerit secūdo epo, uel in suo: non tñ ualet dispensatio eius, ut cōtra statutum, uel 9suetudinem ecclesiæ habeat pbendā. ¶Et est rō, quia si haberet pbendam, notaretur cupiditate, ī e. prox. cum iam dudum. Item diminuerētur pbendæ aliorum, & nō debet dispensari cum alterius pjudicio: sed q interfit electioni, oneris est. Item & ecclesiis ad profectum est, quāto plures sunt consiliarij. 64. dist. extra. & dicimus, q si scienter secundi elegerūt clericum habentem aliud bñficium sine aliqua 9dōne, hac. f. si uoluerit, & poterit primum bñficium dimittere, sed potius eum uoluerint utrūq; beneficiū habere, uidentur renunciasse priuilegio, uel statuto, quātum in se est, qd habebant de residentia facienda, ar. ī. de cōsti. cum accessissent, & c. cum M. Ferr. tñ licet sic purè & sine 9dōne elegerint, eps, si non vult, non cogitur confirmare: quia sine eius auctoritate consuetudinem, uel statutū infringere nō possunt, ī de 9sue. cum 9suetudinis. sed si vult, 9firmabit eū, & erit canonicus, sed non pbendarius.[a] nisi resideat: quia licet intelligantū renunciasse priuilegio, uel 9suetudini, q non teneant facere residentiam. non tñ renunciant iuri cōi, in quo cauet, q non debeant habere pbendam, nisi ei seruiant. 13. q. 1. c. ij. & maximè cum uergat in piudicium ecclesiæ. & fortè hac rōne, f. q uergit in dānum ecclesiæ, dici pōt, q non uidentur,

a nec possunt renūciare priuilegio suo. ¶†Et no. q qñ cōfirmat clericum alterius dioce. uel epi, oportet, q permissionem habeat à priore epo. 72. dist. p totū. vel die, q licet sine licentia prioris epi non possit clericum alterius epi auferre, uel etiam ad ordines promouere, si tñ non aufert ei, uel non promouet ad ordines, ut auferat, quia bene vult, q in offis ut prius priori epo seruiat, bene pōt eum 9firmare in canonicum suæ ecclīæ. Si aūt consuetudo sit primæ ecclesiæ, seu statutū, q hoc ipso, q accipit secundam uideat primam habere p derelicta, 9suetudo hæc tanq laudabilis est seruāda. 12. di stinc. illud. Si autem electores clericum, quē eligunt, nescirēt beneficiatum in ecclesia, quæ residentiam requirit, tūc nisi ei renunciaret, possent eum refutare, ff. de act. emp. l. Iul. in prin. ¶Item differētia est inter consuetudinem, quæ est, q continuā residentiam faciat, & eam q habet, q nō recipiat bñficium, nisi resideat, b qa primā[b] uī ipso iure renunciare recipiēdo secūdam, q sī residentiā requirit, ut not. ī eo. tuæ. Secūdam autem non uidetur renunciare, cum hoc consuetudo non habeat.

a ¶*Sed non præbendarius. Et sic quis potest esse canonicus sine prebenda. Adde Abb. qui hoc refert in c. cū M. col. v. uersic. quandoque supra de consti.*

b ¶*Quia primam. Ad hoc dictum Inn. hic vide Oldr. Laud. in suo consi. 220. & Petr. de Anch. in consil. 59. incip. In publicis rebelationibus, col. ij. uer. sed hic incidenter, & Cardin. in consil. suo 3. incip. Circa elucidationē, col. q. in prin.*

De præbendis & dignitatib. Rub.

Vemillus [consanguinitatis] 8. quæstione 1. Apostolica.

Non liceat [clericos] hic collige, quòd etiam clericis in minoribus ordinibus constitutis debet prouidere ordinator, arg. 28. dist. de his. Sed Romana Eccl. nō cogit puideri nisi 9stitutis in sacris ordinib. ī. e. cū fm apostolum, & c. eps.

Ratio [propriis] q sibi tanquam proprium teneat, uel hæredibus dimittat per præbendas: non tamē prohibentur hic diuidere.

SVMMARIVM.

1 *Ordinator non cogitur prouidere ordinato.*

2 *An sit necessarium, quòd ordinator, & ordinatus consentiat, quòd de patrimonialibus uiuat.*

Episcopus [titulo] .i. ecclesia [subministret] p qualitate Ecclesiæ, & dignitati Clerici, ff. de ali. & ci. le. l. antep. ff. de iu. do. qro. [de pr̄na] ¶†No. non cogi ordinatorem ordinato puidere p decr. ī eo. cum secūdm, si de patrimonio sustentari ualeat. ar. 1. q. 2. pasto. & c. clericos. tñ non credimus,[c] q q habet beneficium, uiuere debeat de patrimonio, sed de altari, ī eo. cum secūdm. ar. 3. 1. q. 2. pastor. sed ibi intendit auctor canonicis phibere, ne quis de patrimonio auarè thesaurizet, & bona ecclesiæ expēdat. alias aūt bene licet bona sua conseruare hæredibus, & bona ecclīæ expendere. † Paterna] credimus aūt necessarium, q ordinator, & ordinatus expressè 9sentiat, q de patrimonialibus uiuat. aliōquin poterit petere bñficium ab ordinatore, ar. qui altari seruit, &c. ī eo. cum secundum. Alij tñ 9rium dicunt; ar. pro eis hic, & ī eo. tui. & credimus, q alius eps præter pprium nō poterit eum ordinare sine titulo ecclesiæ: qa non licet ei conferre ordines, sicut nec alia sacra, ī de paroch. c. iij. arg. 71. dist. primatus. Item non credimus, q propter hoc patrimonium eius fiat ecclesiasticum, & q alienandum sit cū solēnitate canonica. sed tamen si alienat, ordinator non debet ei prouidere: sed ipse sibi ipsi imputet. si tamen casu fortuito periret, deberet ei sicut alij, prouidere. 7. q. 1. præsentium, & c. pastoralis.

c ¶*Tamen non credimus. Adde Abb. in c. cum esses. ad fi. infra de test. qui refert hoc dictum Inn. & Fel. in c. ex literis. col. ij. in prin. supra de cōstitutionibus.*

Quia in tantum [duas] ī eo. de multa [de multitudine] f. præbendarum, uel ecclesiarum.

Cum teneamur [& beneficium] repete, quæ dixi supra de rescript. mandatum [cōmodè] arg. à 9rio sensu, ergo si non potest cōmodè sustentari, ualent literæ. dic, ut not. supra rescrip. postulasti.

Referente [tuus] scribit ordinario [spoliauit] hoc habuit de consuetudine Archid. ut no. ī de offi. archid. cum satis: tñ in duobus peccauit archid. qa ordinē iudiciarium non seruauit. non n. p sniam spoliauit; q si fecisset, teneret snia. nec deberet sibi restitui ecclīa, cū snia transierit in rē iudic. qa appellatio ad archiepm facta nō potuit extinguere. 2. q. 6. Metropo. Secūdò peccauit, qa ei optionē eligēdi nō dedit [appellauit] & malè nisi qa de spāli 9suetudine erat, q appellabat postpositis mediis ad archiepm ī id, qd est. 2. q. 6. Metropol. & ff. de ap. Imperatores. vel dic, q hic nō approbat factum

archicpi,licet de facto ꝓcesserit [restitutus] cũ non te-
neret appellatio ad eum facta,nõ tenuit restõ [uenire]
siue pendente appellatione,q̃ non tenebat,siue post: qa
non vult allegare suum ius. ideircò tenet excõicatio, s̄
de ap.si duobus,ĩ e.ad hæc [astrinxit] scđò [maluerit]
de rigore iuris esset utraq; priuãdus.7.q.1.si quis cp̃s,
eos. sed hoc est de gratia, supra de transla.c.quãto. ho-
die autem hoc est correctum,ĩ eo.de multa. sed hodie
esset utraque priuandus, si utrãque contenderet reti-
nere, infra eo.de multa, & supra de ęta.& qual.cam te.

MAioribus [diuisionem] ꝑ hoc tñ non prohibemus
de vna præbẽda, si nimis magna esset,aliquid in-
de trahere,& maiorem partẽ eius,si nimis excedit,aliis
præbendis adiicere: q 1 ª nõ intel-
ligitur ꝑ hoc diuidi p̃benda: imò
in suo statu integra manet,licet sit
diminuta in pensionibus,uel redi-
tibus:quia hoc nomen p̃benda no-
men est iuris, & non ꝯstituitur tm̃
ex possessionib. sed ex iure quodã
spãli,cui annexa est præbenda. sed
forte sine aliquo reditu nõ posset
constitui præbenda,uel ius p̃bẽdę,cum non esset ibi,qđ
præberetur p̃bendario. & hac rõne,s.quia non põt cõsti
tui p̃benda sine reditibus,patet ꝙ in ecclesiis,ubi sunt.
12.canoni.non põt constitui numerus 10,uel minor p̃-
bendarum:qa sequeretur,ꝙ vna p̃benda inter plures di
uideretur: sed tñ ibi põt constitui certus numerus pau-
ciorum canonicorũ,q̃ sint præsentes canonici,uel p̃ben-
dæ:qa ibi canonicatus bene residet etiam penes illos,q
modo sunt suꝑ numerum,& moriũ cum eis,ĩ e.cum di-
lectus. Item licet ad vnam p̃bendam non teneat electio
facta de duobus,ĩ eo.tuæ:tñ si ad vnum canonicatũ ua-
cantem, etiam ubi est distinctus numerus canonicorũ,
duo eligant,tenebit electio: qa uidentur renũciare nu-
mero,ar.s̄ de cõsti.cum M.& ĩ eo.c.relatũ,& c.dilectus:
sed numero p̃bendarum non uĩ renũciare, licet plures
ad vnam eligant:qa vna p̃benda non tm̃ consistit in iu-
re,imò in facto, & reditib. Vnde oportet,ꝙ si debet de-
strui,ꝙ ipso facto & expressè destruaĩ; & q eligit duos
ad vnã p̃bendam,non intẽdit eã destruere,ar.pal.decr.
cũ M.¶ Alij ꝯdicũt,& bene,dicẽtes,ꝙ non ualet electio
plurium canon.ad vnam p̃bendam,ut no.s̄ de ꝯsti.cũ M.
ita,ꝙ vna remaneat p̃benda,s.vnus ex duobus electis ha
beat vnã mediã, & alius aliã mediã,ĩ e.tuæ.nã si ex vna
fierẽt duę,hoc non ꝓhibeĩ,ĩ e.uacãte. p̃tereà nõ habet
locũ,nisi ubi prębẽdæ sunt distinctę,ĩ eo.dilecto. Inno.

a ¶ *Quia non intelligitur. Adde Abb. in c. cum M col.iiij.uersi. in gl iij supra de cõsti. & Felin. in d.c. cum M.col.viij.uersic.in glo.in uersi.receperunt.*

SVMMARIVM.

1 *Si Papa pro aliquo scribit post receptionem aliquam à capitulo factam, quis præferendus sit.*
2 *Nunquid receptus in canonicum possit excipere contra literas?*
3 *Receptus in canonicum per literas Apostolicas, quorum præsentationis tempus nescitur, quid agere debeat circa præbendæ petitionem, & uide in num. 4.*

RElatum [uacat] hæc decre.non loquiĩ de iure,
sed de gratia in eo,qđ dicit,ꝙ assignet sibi p̃bẽ
dam,q̃ nũc uacat,uel q̃ primo uacauerit s̃m ꝓ-
missionem suam:qa certum est,ꝙ non ualet ꝓmissio de
p̃benda uacatura. Illud aũt poterat mãdare de iure, ꝙ
ex quo receptus est,ꝙ deĩ ei p̃benda, q̃ cito se facultas
1 obtulerit,ĩ e.dilec.fil.¶ †Sed qd si post receptionem ali
quã à cap.Papa scribit ꝓ aliquo quis præfeĩ? Rñ.is,ꝓ
quo scribit Papa, si iam receptus est; qđ sic ꝓbo. Pri-
mus nullum ius habet in p̃benda uacatura: quia capl̃m
sibi iur in ea ꝯferre nõ potuit: sed receptus in canonicũ
2 ꝑ Papam habet ius, ut no.ĩ eo. inter cætera. ¶ †Vtrum
autem possit receptus in canonicum excipere ꝯ literas,
no.s̄ de rescr.mãdato. sed si ante receptionẽ retẽto pri
mo casu capl̃m ꝯferat p̃bendam recepto à se,tenet col-
latio : qa ille,ꝓ quo scribit,ꝑ literas executorias ante
receptionem nullum ius habet in p̃benda,ut ĩ eo.inter:
sed capl̃m tenetur intãtum ꝓuidere canonico, si ma-
liciosè litigauit ꝯ eum,ĩ e.dilectus fil.G. Si aũt nõ ma-
liciosè ꝯdixissent,tunc nõ recuperaret p̃bendam colla-
tam,pendẽte lite: sed habebit ius in alia,q̃ primò uaca
bit post receptionem suam in canonicũ. ¶ Sed oppones,
hoc non posse stare : qa Papa scribebat tm̃, ꝙ sibi dareĩ
prima uacatura; ergo aliam petere nõ poterit? Rñ. qa
Papa, qñ mandauit, ꝙ reciperetur in canonicum, non
mandauit de certo canonicatu,s.primò,uel secũdò; sed
præcisè mandauit, ut omnimodè reciperet in canoni-
cum; & sicut in literis Papæ præmittebaĩ, ꝙ reciperet
in canonicum,& postea sequebatur, ꝙ assignaretur sibi
p̃benda,q̃ uacaret; subintelligendum est post receptio-
nem in canonicum. ¶ Item alia rõne debet habere pri-
mam:qa hoc ipso,ꝙ receptus est in canonicũ,debet ha
bere p̃bendam, cum se facultas offerret. primam autẽ
habere debet, & aliis ante eum ꝑ capl̃m receptis p̃fer-
ri:qa Papa dispẽsauit cum eo ꝑ lrãs suas, ꝙ habeat ua-
caturam.imò & si aliqui ꝑꝑ Papam recepti essent in ca
nonicos sine p̃benda, pendẽte lite cũ primò, dicimus,ꝙ
istis p̃fertur dũmodò p̃ñtatio suarum p̃cesserit p̃ñtatio-
nem lrãrum aliarum, s̄ de rescr.capitulũ. ¶ Alia rõne
etiam hoc ipsum probamus. nam cum adhuc inueniĩ p̃-
benda uacãs, nec adhuc aliqs in ea habeat ius, & appa-
reat eum alios p̃cessisse in p̃ñtatione literarum, & de-
buisse etiam p̃cedere in receptione in canonicum,& qa
apparet, ꝙ non habuerũt ius ei mouendi litem, cum in
ea succubuerint,& tãdem eum receperint; meritò de-
bet ei p̃ferri:& si post receptionem suã alij ꝯferaĩ, cre-
dimus, ꝙ auferet ab eo,& dabitur primò p̃ñtanti, licet
aliam eam, quæ tñ scire sperat per dicta testium, ar. p his: quia nunquam potest reus bene deliberare, nisi sciat noia sepultorum, & pp hoc fit editio actionis, ut deliberet reus. ff. de eden. l. j. sed secus est in rebus, quæ melius parere possunt ex tenore testamenti, uel alterius instrumenti, ubi continet donatio rerũ. ¶ † Item melius denominat res à dño, q̃ dñs à rebus. unde uidetur, qđ nunquam talis libellus esset admittendus, peto quartam partem talis fundi, qui tibi relictus est à quodam parochiano meo. nec obstat decretalis prædicta. qa ibi non fuerũt pet ta expresse. uel dic, qđ ibi fuerunt expressa, licet hoc nõ dicatur i decr. uel dic, qđ ibi age bat uti actione, uel gñali, qa dicebat sibi esse ius habere decimas, uel alia iura à certis hoib. & tunc non cogitur exprimere, ut no. ī. de off. ord. c. querẽte. sed hic loquit, qnando agitur singulari, ubi necesse est exprimi & personam agentis, & personam rei, & res, quæ petitur, & cã, ex qua petit. hic aũt nõ exprimitur res nec certo nomine, nec certis finibus, nec circũlocutionibus manifestis, q reus possit deliberare: imò uidet, q i hoc casu non esset admittendum iusm actoris, qui uult iura re, non posse scire noia omnium sepultorum; quia nullum præiudicium fit actori, si mõ non nominat oẽs: qa alia uice poterit petere canonicam portionem relictorum ab aliis, nec obstabit sibi exceptio rei iu. Illud aũt qđ dictum est, nõ p oia placet aliquibus, q uniuersalis uel gñalis petitio sit, qn aliquis dicit ius sibi esse habere canonicam portionem relictorum à parochianis suis uel habendi decimas, uel iurisdictionem in aliquo castro. imò est singularis: qa una sola res petitur, s. ius decimandi, uel iurisdictionem exercendi, uel consimile. unde licet snia feratur pro actore, q sibi est ius decimã di, uel iurisdictionem exercendi in aliquo castro, non præiudicat illis, q singulari iure se iuuant, puta priuilegio, uel præscriptione uel quocũq; alio. nam causa, quæ fuit ꝯ uniuersitatẽ, & snia sup eo lata singulis psonis non præiudicat. 12. q. 2. §. qui manumittitur. sed illa petitio satis põt dici generalis, ĩ qua petit canonica portio oium relictorum alicuius ecclesiæ à sepultis in ea, quæ de iure ad eum pertinent. ¶ Item quia non una res tñ petitur, sed multæ; sicut qñ petitur rõ administrationis alicui de sale, uel de itino, & hmõi. die ergo sic q ubi quis agit confesso. uel nega. dicens, mihi est ius habere canonicam portionẽ de relictis oium sepultorum in ecclesia tua, & iõ peto declarari per sniam te ad hoc teneri, & ut compellaris mihi restituere ea, quæ iam percepisti. q in isto casu non cogit à principio exprimere noia sepultorũ, sed in prosecutione cãe, ad hoc ut ibi fiat condẽnatio. ¶ Et idẽ est, si agat sibi esse ius instituendi clericos in aliquibus ecclesiis, & petat ius suũ declarari, & institutos per eum remoueri. & idẽ si agit neg. dicens non esse alicui ius sepelire aliquos, uel habere canonicam portionem de relictis sepultorum, uel instituendi aliquos in talibus ecclesiis, & ideo petit imponi perpetuum silentium super prædictis, & reuocari, qcqd factum est. idem est, si agit interdicto; unde ui, uel quacũq; alia actione, si reus petit exprimere, uel nomina sepultorum, uel canonicorum, institutorum uel res, in quibus dãna data sunt tpe spoliationis, uel fructuũ pceptorũ à possessore, licet bonũ sit, q exprimat, si põt tñ non est ad hoc cogẽdus secus aũt esset, si ageret officio iudicis, uel quacũq; alia actione ad hoc, ut haberet canonicam portionem de aliquibus specialibus sepulturis: uel si peteret alias institutos in ecclesiis remoueri, uel fructus alicuius fundi; si tamen non peteret fundum, nec ẽt peteret ius suum aliis declarari: quia satis credo, q tunc debet, quantum põt, ut prædictũ est prædicta. cogi declarare. & est ratio diuersitatis: quia in primo casu [q soluatur canonica portio antiquorũ & sepultorum, & q aliqui remoueantur de ecclesiis, q dãna aliqua soluantur spoliatis, & aliqui fructus restituãtur, obtinenti in actio. bonæ fi. oia ista ueniunt quasi accessoria, sed peti debeãt expresse, ut no. ī. de rest. spo. grauis. sed in scđo casu, ubi singulari & spãli actione agitur ad prædicta, expressim ea dicere debet, imò, qđ est no. dignum in primo casu, si aliquis alius præter psonam rei tangeretur, non deberet sup illo ferri snia, nisi sup interesse. uerbi grã, actũ est ꝯ aliquẽ nõ esse sibi ius substituẽdi in aliquib. ecclesiis, & iõ petit ei imponi ppetuum silentium, & p eum institutos remoueri de ecclesiis. nã hic nõ fertur sic snia, imponimus tali ppetuũ silentiũ, & tales remouemus snia aliter à dictis ecclesiis: qa indubitanter esset iniustum eis ignorantibus hoc facere sed condẽnabit instituẽtem ad interesse eius, q interest actoris eum non fuisse institutum, nisi posset efficere, q instituti libere cedant. & hoc idẽ fit, ubicũq; qs nõ põt soluere rẽ, ad quã tenetur. ff. de do. arbitrio. §. j. & no. ĩ. de sen. ex. c. sacro. quare aũt æstimetur hoc interesse, no. ĩ. qui fil. sint le. c. cãm q̃ sed in scđo casu, qñ singulari actione petit institutos amoueri, actio hæc non mouetur ꝯ instituentem, sed tantum ꝯ institutos, & tunc bene fertur ꝯ eos sententia perpetuæ amotionis.

SVMMARIVM.

1 *Eligens sepulturam apud ecclesiam hospitalis, canonica portio debetur ecclesiæ, parochiali de omnibus relictis pro anima sua. idem etiam est, si non elegit, sed ibi de iure sepeliendus est, in nu. 2. quid autem sit, si hospitale habet parochiam, in nu. 3. 4. & 5.*

IN nostra [receperunt] hic uř, q sufficit dare talẽ libellũ, cõqueror de hospitalariis, qui parochianos meos recipiũt ad sepulturã, ẽt si nihil petat: cui uř ꝯ, qa actio est ius petẽdi in iudicio, qđ sibi debet, inst. de ac. in prin. so. in libello continebatur petitio [ex priuilegio] hoc priuilegiũ nõ loquitur de pueris [de cætero] ꝯ. ff. de usur. l. j. § j. So. spãle est & in iuribus, & præsentationibus, & seruitutib. q tractus futuri tpis ptinet ad iudicẽ: imò in his non solũ condẽnat, immo ẽt caueri facit. §. si serui uin harum actionũ [elegerint] cum tẽplarij & hospitalarij minus sint religiosi ꝙ monachi, psumitur mala intẽtione apud eos elegisse sepulturam, & iccirco reddetur monachis cũ oibus bonis suis, ut. ĩ. c. fraternitatẽ, nisi esset pp priuilegium.

1 † Reliquid si quis eligit sepulturam, apud ecclesiam hospitalis, tunc canonicam portionem debet habere parochialis ecclesia de omnibus relictis pro anima sua, siue relinquat ecclesiæ eorum tantum, in qua sepelitur, siue relinquat ecclesiæ & fratribus ibi morantibus, siue in genere locutus sit dicendo, relinquo hoc tali ecclesiæ, & hospitalariis imò idem uidetur, si dicat tm, relinquo hoc hospitali, ar. hic, & ff. de adimen. leg. l. à Ticio. §. annua. adhuc plus dicunt quidã, q ẽt si dixerit, relinquo hoc hospitali ultramarino, nihilominus tñ canonicam portionem habebit inde ecclesia parochialis, ex quo apud eos eligit sepulturam. oia. n. quæ tunc dat, uidetur dare pro anima & sepultura, ar. ĩ. de his. ¶ †Item qđ

2 diximus, qñ eligit sepulturam, idem dicimus, si non eligat, sed tñ ibi sepeliendus est de iure, ut quia reddit se &

se & sua eis:uel quia factus est templarius, uel hospitalarius;uel sit sepultus,quia ibi erat sepulchrum parentum.j.de priui.s.eo.c j. nam & tunc parochialis ecclesia portionem canonicã habebit de omnibus relictis illi ecclesiæ apud quã sepelitur,de iure sine electione,sicut si ibi elegisset.imò plus dicimus q si ibi non sepeliret pp aliquã cãm,forte quia tpe mortis ille locus caperet ab hostibus,uel alia iusta cã, partẽ suam de omnibus legatis habebit eccl'ia.seu si dixisset, relinquo hoc ecclesiæ,in qua sepeliar,& hoc hospitali,tunc secus, qa uterque habebit ptem suã,& ecclesia parochialis hẽbit ptem canonicam de relictis ecclesiæ, non de relictis hospitali,q̃ sunt exempta.& nos dicimus,q de legatis locis exemptis nullã portionẽ hẽbit ecclesia parochialis nisi ibi eligat sepulturam;ar.ad hoc.s.de testa.officij & quisiti.s.eo.de his,& c.j.nam illa,quæ reliquit ecclesiæ tm̃,pro sepultura relinquere vr,& ideo ibi portionẽ habebit ecclesia parochialis.sed relicta hospitali separati non vr reliquisse pro sepultura,sed alias pro aĩa sua.Et idem,q dico de hospitali,idem dicimus,si eligat sepulturam in alta dioc. ¶Si aũt non de iure sepelirent illũ, qui reliquisset eis aliqua de bonis suis, tunc non credo q deberet reddere totum,uel partẽ ecclesiæ parochiali de legato:sed deberet reddere corpus.s.eo.ex parte, & oẽs oblationes,quę factæ essent in sepultura , ut hic.

3 ¶†Si autem hospitale habet parochiam, uel potius ecclesia hospitalis,tunc nisi ecclesia sit exempta, cum parochia,diuidetur legatum factum ecclesiæ à legato facto hospitali , & de legato facto ecclesiæ habebit partẽ suam episcopus.s. de test. requi.& non de legato facto hospitalariis,qui sunt exempti.sed si ecclesia cum hospitali sitexempta , & non populus, tunc debet epo dare portionem tanquam epo suo.nec obst.si dicat exempta est ecclesia,ergo nullã cõionem habebit in ea eps, ar.de testa.requisisti. Rñ.licet ecclesia sit excẽpta, tñ cõionem habet cum ea pp populum,quẽ tenet ab eo j.de priui. ex ore.aliqui dixerũt,q eps iure parochiali exiget partem,quia suus parochianus est & non iure epali.sed nõ

4 placet:quia bene sepelitur in parochia sua. † ¶Ergo alij non debetur ius parochiale. item q dictum est, quia si reliquit etiam hospitali,quod ecclesia parochialis habebit partem intelligo uerum,nisi expresse dixisset,hic relinquo hospitali non pro sepultura,sed pro alia iusta causa:quia tunc parochialis ecclesia in illo legato nullam haberet portionem,nisi parochianus se transtulisset ad hospitale.s.de his:uel nisi ecclesia, & hospitale , essent ita unita, qđ nulla separabilitas posset inter eos fieri:puta quia simul hospitale cũ ecclesia sua sunt exẽpti,& nihil appropriatum est ecclesiæ necãn spũalibus, nec in tpalibus,tunc.n.satis uideret,q de relicto hospitali parochialis eccl'ia hẽret portionem suam, ẽt si testator dixisset, qđ non relinquebat intuitu ecclesiæ,sed hospitalis:quia sic sunt unita , ut diuidi non possint.

5 ¶†Sed dices,semper est distinctio inter ecclesiam, & hospitale : quia prior clericorum sacerdos põt absoluere fratres.j.de sen.exc.canonica.so.hic non facit dñam inter ecclesiã,& hospitale,sed inter clericos & laicos, uel potius inter officia.hoc.n.officium absoluendi datũ est ex priuilegio priori domus q poterat habere ẽt si non esset ibi ecclesia sicut & alij officiales domus habẽt sua spũlia officia.de hac autem separabilitate no.j. de priui.pasto.[Nisi dolo] quia tunc parochialis ecclesia habebit totum.20.q.3.constituit.ff.si quis cau.si duos.s.de testam. requisisti.[Vniuersa] idest oblationes factas in sepultura;corpus aũt non reddit,nisi præcesserit appellatio.s.eo.ex parte:uel nisi præcesserit uiolentia alij dicunt,q sp reddendum est corpus,si petitur. hic autẽ nõ petebatur.s.eo. fraternitatem [Restituant] cũ non fuerint in ætate eligendi sepulturam.

EX parte parentum [sponte] Alias secus.23.q.5. placuit.

SAcris.[reconciliati.] Etiam post cũ prius signa pniæ apparauerit.16.q.6.is,per totum [excõicatorũ] idẽ de interdictis à cõione sacramentorum [non poterunt] ff.de solu.si alieni.ff.de admi.tu.qni.ff.de neg. gest. cum actum.13.q.2.non æstimemus.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura quid sit.*

2 *Cæmeterium circa ecclesiam esse debet.*

1 ABolendæ [certum] † Sepultura dr possessio siue terra,ubi aliquis sepeliendus est,& hoc uedi põt ante,q̃ consecrata sit p põtificẽ,sicut nẽdũ tur possessiones ad eccl'ias ædificandas.12.q.2. aurũ.& dr sepultura aliquod uas lapideũ, uel ligneũ p aliquo sepeliendo factũ;& hoc similiter uendi põt,nisi sit factũ sacrũ p pontificẽ,uel ad hoc spãliter deputaẽ.j. de reli. do.ad hoc.licet.n.in aliquo loco sit sepultus aliquis sine põtifice,nõ credimus locũ sacrũ sm canones, licet secus sm leges.ff.de reli.l.j.sed licet loca prædicta sunt sacra uel ad hoc deputata per epm,uendere non licet,ut hic, & 13.q.2.questa,& c.postquã dr ẽt sepultura ius inferẽdi in sepulchrũ,nec hoc ẽt uendere pñt clerici.dr etiam actus,sine officiũ,qđ fit pro sepeliendis,& illud ẽt uendere non põt clerici, quia ad hoc ex officio tenenẽ. 13.

2 q.2.præcipiẽdũ.1.q.1.dictũ.j.de si.cũ satis.¶†Item not. cæmeterium,uel sepulturæ ordinariæ debent esse circa eccl'iam.17.q.4.sicut anti sed & põt esse remotum, sicut est in Francia pp fœtorẽm non credimus,q alicui loco ẽt religioso,ut hospitalarijs,uel tẽplarijs posset accedere sepultura nisi hẽat ecclesiã,qa cũ cæmeteriũ debeat esse consecratũ,ut præallegato.c.sic loco non cõsecrato accedere nõ põt.itẽ in uno cæmeterio multæ ecclesiæ possunt habere ius sepeliendi suos parochianos.

PArochiano hæredes] ar.s.C.ne ex de li.defunc.l.iij.sol.hic non agit ꝯ hæredes ex delicto defuncti:sed sacerdos non debet absoluere excõicatũ,nisi ei, q est publica persona,de satisfaciendo sufficientem præstiterit cautionem.s.de app.qua fronte.§.fane;& ex illa stipulatione agẽt omnes, quorum interest.ff.rem pupil. salu.fore.l.quæritur.& plus dicimus,quia si cõmittatur cantio,uel stipulatio;tamen intelligitur apposita, & ex ea agitur,ac si interposita esset ff.de adop.his uel his tñ cũ nullũ ius det eis ex stipulatione agere, nisi interposita sit,non uidemus,quo agere possint: sed cogendi sunt officio iudi. ut satisfaciant:& hoc innuitur hic.Item rõ uidetur,q ex quo pœnituit , nec aliter pœnitere potuit nisi faceret satis fieri, uidetur hæredibus iniunxisse , ut satisfacerent,& ideo cogendi sunt.

De parochijs, & alienis parochianis. Rubr.

IVs parochiale consistit, ut in diebus festiuis parochiani missam audiant in suis ecclesiis, j.eo.ut dominicis,de consecr.dist.j.si quis.& in decimis personalib.16.q.1.si quis la. & c. quicun-

quicunque. ĵ. de deci. ad apostolicæ. & in oblationibus. 10. q. 1. quia san. sanctorum, hanc. Item in pœnitētijs ae cipiendis à sacerdote parochiali ĵ. de poe. & re. omnis. Item in sepulturis, bñdictionibus nubentium, & aliis sa cramentis conferendis. ꝟ. de sepul. c. 1. & 2. & per totum 13. q. 2. ĵ. de fi. suam. ¶ Et uidet quibusdam, & forte non male, ꝙ ad oblationes cogi possint parochiani, maxime si sacerdos est pauper, ar. 32. di. ad hæc, de conse. dist. 1. omnis 16. qō. 1. statuimus an ad præstādum aliquid pro aliis sacramentis cogi possint, no. ĵ. de fi. ad apostolicā. Item no. ꝙ hic dicimus perceptionem decimarum esse de iure parochiali & idem dicimus de pceptione, cano nicæ portionis, quam ecclesia parochialis habere debet ab ecclesia, ubi suus parochianus sepelitur. ꝟ. de sepul. c. 1. & 2. & c. de his sed & istæ eædem portiones dicūtur esse de iure episcopali. ꝟ. de offi. or. conquerente & hoc est uerum, ꝙ portio, quam percepit ecclesia parochia lis ab ecclesia, ubi sepelitur, de iure parochiali est: sed portio, quam percipit episcopus a sua ecclesia propter communionem, quæ est inter eos, est de iure episcopali ꝟ. de testa. requisisti.

SI eps] i. epatus hoc. c. loquitur de dispensatione. de iure. n. remouendi essent, & perpetuo deponendi 1. q. 7. c. si quis omnes, & loquitur in partibus Africæ, ubi Donatistæ præualebant, & quasi quicquid dr̄ hic, proui sio fuit [Diuidant] eps catholicus, & conuersus [Eas] parochias, siue plebes. ¶ [Sic] i. in hæresi catholici. n. si ne diuisione omnes catholico epo dimittentur uel me lius credimus sic exponendum, quæ sic inuentæ fuerunt i. ubi ambæ. i. quæ partem habebant populi adhērētem hæretico, & partem adhærentem catholico omnia au tem loca, quæ adhæserunt catholico episcopo sua tan tum erunt, & loca, quæ adhæserunt hæretico, tantū sua erunt communia autem. i. ubi sunt hæretici & catholi ci, communia erunt [Vbi] idest ubi possent fieri duæ, partes, puta quia multæ sunt parochiæ, quæ diuidi pos sunt secus autem, si unus locus tantum sit; & hoc est, qđ sequitur, quòd si forte & c. [alia] idest. una pars. [Ad illum] idest hæreticum episcopum [Vnus] tantum & ideo alius locus in eius cambium dari non potest, cum non sit. ꝙ autem in uno loco uterque partem suam ha beret, non est conueniens, & esset causa litis inter eos [Inueniuntur] puta quia tria, uel quinque sunt loca, in quibus communiter esset plebs adhærens hæretico, & adhærens catholico.

VT dominicis. [contēpto] de poe. di. 6. placuit 61. di. primatus. 9. q. 2. p totum si aūt nō cōtēneret, sed ex iusta cā ad aliā parochiā trāsiret, uel in trāsitu peregri nationis, non expelleretur. 7. q. 1. epi, uel presbyteri 92. di. c. ult. [Abijciant] forte in hoc casu est licitū cuili bet prælato cuiuslibet ecclesiæ eijcere uiolenter nō so lum laicos, sed etiam clericos, ar. infra de sen. ex. c. ue niens sed potius sibi consulimus, quòd uerbis moueat, & non iniiciat manus.

NVllus episcopus [iudicare] ex episcopali ordine: alias enim esset contra: quia quilibet ordinarius tam præpositus, quam archid. iudicare pōt, non tamen ordinare supra de offi. ord. c. j.

1 SVper eo [de finibus] † nota, ꝙ ubi limites non sunt distincti, fm omnes ferè locū habet præ scriptio in prouincijs, & in epatibus, & in paro chiis, & quo ad omnia iura. 16. q. 3. inter memoratos, & c. dilecto. ꝟ. de præscri. ad aures ubi uero distincti sūt limites, dicunt ferè omnes, ꝙ nec limes, nec ꝙ annexum est limiti præscribi potest. 16. q. 3. licet, & c. dilecto. qđ aūt remotum est, quo ad omnia iura præscribi potest, licet inter alterius limites contineatur Gu. Na. tamen & Alanus, & quidam alii dixerunt, ꝙ etiam remotum a limite præscribi non pōt quo ad iura merè epalia, si ue sint de lege iurisdi. siue dixe. sed horum opi. conuin ci uidetur ĵ. de reli. do. c. 1. ꝟ. de præscri. ad aures, & c. auditis, & c. cum ex offi in quibus omnibus ostenditur, ꝙ iura episcopalia præscribuntur. ¶ Quidam tamen di cunt, ꝙ iura, quæ pertinent ad ordinem episcopalem, ut est consecratio, & ordinatio, & similia, & etiam quæ pertinent ad iurisdōnem, non pōt præscribere, ut intra limites alterius epi faciat sed potest præscribere, ut cle ricos alterius dice. in sua ordinet, & iudicet. Illud autē certum est, ꝙ quo ad proprietatem, & quo ad ius pa. ea quæ sunt in limitibus, & circa limites præscribi possunt 16. q. 4. uolumus & quod dictum est de limitibus pscri bendis, locum habet in prouincijs 16. q. 3. quicūque. C. de fu. li. agros, & in episcopatibus, & parochiis. 16. q. 3.

2 interne. in fi. & in parochiis, ut hic. ¶ † Item no. ꝙ pro prie limes est longitudo, siue latitudo spacium a spacio distinguens; & in tali limite nihil esse potest, qm̄ est li nea tantum uerumtamen non sic strictè limites epatus accipiuntur: sed flumina, montes, & paludes in epatibus solent esse limites; & de hoc limite dicunt quidam ꝙ est communis utriusque, & quod in eo fundatur, commu ne erit. ¶ Alii dicunt, ꝙ est nullus alii dicunt, & forte melius, ꝙ talis limes diuisus inter epos intelligitur ipso iure licet nunq̄ actus diuisus fuerit. unde si fluuij limes exsiccatus sit per longitudinem, uel per latitudi nem, diuisus intelligitur, & per iudicem arbitrio boni uiri actuali signo distinguetur: & si ecclesia sit in medio limitis, in duas ecclesias diuidetur, nisi aliter ipsi epi inter se potuerint conuenire. quandiu autem non fiunt duæ, cōmunes intelligūtur quo ad parochialia & epa lia iura, sicut arbor in confinio posita. ff. communi di. ar bor, insti. de rerum di. §. insula. nec præscribet unus con tra alium xvj. qō. iij. inter me. Si autem de illa ecclesia non possint fieri duæ, superior ordinabit, ꝙ alternis an nis uel uicibus disponant. ff. de usufru. si rei. §. si fu. & l. quotiens. uel dic, quòd illius soli erit ecclesia, in cu ius parte caput positum est. ff de acquiren. re. do. adeo §. si. item non potest episcopus donare alii, quæ sunt in limite. xvj. quæstio. iij. ¶ Quæ finibus] ff. de rei uin. quæ religiosis. ff. de contrahen. emp. in modicis, prin cipaliter ita, ꝙ sunt partes eius. ff. de rei uin. qui p re ff. de contrahen. emp. in modicis uel uicinia sunt, & si non sunt partes eius nam rōne uicinitatis possent confundi fines, & relinquitur hoc arbitrio boni uiri. nam quædā sunt, quæ potius intellectu accipiuntur. ff. de sol. ratum [Parochiarum] i. episcopatuum nos intelligimus, ut la cet, s. & plebium, uel capellarum.

SVMMARIVM.

1 *Vbi limites non sunt distincti, locum habet præscriptio in prouincijs, & in episcopatibus, & in parochijs, & quo ad omnia iura.*

2 *Limes quid sit.*

SVMMARIVM.

1 *Clericis, uel ecclesiis siue diuitibus, siue pauperibus existēti bus decima integra eis soluenda sunt de omnibus, quæ proue niunt de terra, siue de animalibus, siue operatura manuum, & in nu. 2.*

Malefaciunt

3 *Malefaciunt prædicatores, qui docent & prædicant non dari debere decimas clericis.*

Significauit [t.palia] decimas psonales, oblationes, & huiusmodi nam decimas prædiales exigere possunt, ut statim sequitur [partibus] j. ti. proxi. ad apostolicæ. ¶ † Persoluuntur] sup. illis ecclesijs, in quarum parochijs possessiones sitæ sunt, qa si esset consuetudo, q alii ecclesiæ soluerétur, stabitur con suetudini. j. ti. proxi. ad apostolicæ. hoc aût consuetudi ne induci non pôt, q quis alicui non soluat decimas, si sunt prædia laicorum, non religiosorum quicquid alii dicant, nobis uf, q clericis, uel potius ecclesijs, siue sint diuites, siue pauperes, decimæ integræ eis soluendæ sût de omnibus, quç proueniunt de terra, siue de animalibus, siue de operatura manuum. ¶ Et q diuitiæ ecclesiarum non debent impedire dationem decimarum, probatur, quia in nullo casu potest esse uerum, q propter diuites liceat aliis diuitibus sua iura auferre. 14. q. 4. c. quid dicam, & q. v. per totum item decimæ non sunt tã tum clericorum, sed pauperum, & fabricæ. 12. q. 2. nobis

2 & c. se. ¶ † Itê decimæ sunt tributa ægentium animarû, & ea sibi dominus reseruauit in signum uniuersalis dominii 16. q. 1. decimæ, j. eo. tna q autem omnes decimç & personales & reales decimæ sint integræ persoluêdæ probatur qa auctoritates ue. & no. te generaliter loquû tur. Nam Abraam obtulit decimas Melchisedech sacer doti de omnibus. Gen. 14. circa fi. Oseæ. 7. circa prin. Item Iacob promisit domino cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. & in Exo. 22. circa fi. legitur decimas & primitias non tardabis offerre. & in Leui. 27 circa fi. Omnes decimç terrç siue de frugibus, siue de pomis arborum dñi sunt, & j. e. c. ouis, & bouis, & capræ quæ sub uirga pastoris transeunt, quicquid decimû fuerit, sanctificabitur dño, & non eligetur neque bonum neque malum, nec altero commutabitur. & numeri 18. circa fi. filiis Leui. dedi omnes decimas Isdrael in possessionem pro ministerio: quo seruiunt mihi in tabernaculo fœder. & j. nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum necessarios separaui. & Deuter. 12 c. in prin. offeretis in tabernaculis uictimas, & decimas, & primitias manuum uestrarû, & eiusdem. 14. circa medium, Decimam partem separabis de omnibus frugibus tuis, quæ nascuntur in terra item. ij. p al. 31. circa prin. Primitias obtulerût primi frumenti, uini, & olei, mellis quoque, & omnium, quæ gignit humus decimas obtulerunt. Nehemi. x. circa fi ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorû Tob. 1. Tobias fideliter offerebat omnia primitiua sua, & decimas item Ecclesiasti. 35. circa prin. in exultatione sanctifica decimas tuas. Malac. 3. & me configitis in decimis, & primi j. inferte omnem decimam in horreû meum, ut sit cibus in domo mea. item Lucæ. 13. Do decimas omnium, quæ possideo. idem Matthæi. 13. Ve uobis, qui decimatis mentam, & anethum, & cynamomum & relinquitis, quæ grauiora sunt legis. & misericordiã, iudicium, & fidem; & hoc oportuit facere, & illa non

3 omittere. ¶ † Item confundi debent uehementer isti nouí magistri & prædicatores, qui docent & prædicant contra no. & uc. te. nunquam enim inueniût Aug. Amb. Greg. uel alium Sanctum Doctorem aliud sensisse. 16. q. 7. decimas, & in c. seq. Sed dicunt aliqui decimæ datæ fuerunt clericis pro parte sua, & non debebant aliam portionem habere nisi decimas, numeri 18 circa fi. cum ergo modo multa habeant, non debent habere decimas Sed uerû est, q in diuisione terræ promissionis nô debuerût hre partê, sicut aliæ tribus, sed p parte debuerût eê côtenti decimis sed si alias offerent eis, uel alio iusto titulo darent, bñ poterât possessiones hre, ut Leui. c. fi. ultra med. ¶ Itê decimæ sunt pars dñi, Leui. 27. circa fi. & dñs dedit eas Leuitis, numeri, 17. circa fi. q aût de suo dñs dedit Leuitis, nulli licet auferre, q rûcûq; sint diuites, uel mali. j. e. tu a. Itê mirû est de qbusdã, qui quasi insani & hrtici dicunt, q psonales decimæ non sût dandæ, cum expresse habeatur ꝯ numeri x. circa fi. & Deutero. 12. circa prin. item maior rô est, q quis det tributû de eo, q producit manus sua tanquam dignius, q de eo, quod producit humus.

De decimis. Rub.

Decimã traditionê] ar. p opinionibus magistrorû nobis uf, q primitiæ dãdæ sunt fm consuetudinê regionis, & hoc hic pbat, q nûquã præceptû inuenit de certa quantitate [Et 60.] imò cum non inueniaẽ expressa quantitas, in optione relinquitur dantis, quantumcunque uelit, det, nisi consuetudo aliud induceret [Hoc] in Ezechiele, uel in traditionibus Hebræorum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia intra limites alterius baptismalis ecclesiæ sita an soluat decimas.*

2 *Clerici cuiuslibet ecclesiæ tenentur soluere decimas personales.*

3 *An seruum, & monachus teneatur ad soluendas decimas.*

1 Nouû genus [a clericis] † Quidã hoc intelligût uerum in omnibus clericis, & omnibus pdijs, siue tam ecclesiæ, q hæreditarii, ꝯ. 16. q. 1. si quis laicus sed illud intelligit de clericis coniugatis, qui nec in personalibus, nec in prædialibus decimas habêt exêpto nem hoc non placet alii dicût, q de dote ecclesiæ non debent clerici clericis decimas soluere, & sic loquitur. ca. hoc de alis aût possessionibus in alterius pa ochia sitis secus, & sic loquitur c. si quis laicus, Alii dicunt, q de p sonalibus decimis loquitur principium huius c. finis autem huius. c. de pdialibus, uel de coniugatis clericis loquitur, q & psonales soluunt uel dic; q ecclesia intra limites alterius baptismalis ecclesiæ sita nô soluit personales decimas de laboribus ecclesiæ, uel aliis i. de his, q ad ecclesiã pertinent, uel acquirunt ei; & sic loquitur prin. dec. sed clerici de his, q sibi propria acquirût bñ soluunt decimas psonales, ut de aduocatione, & simi ibus, & sic loquitur finis decr. prædiales autem a soluunt, sicut alii non priuilegiati. j. e. suggestum, & c. ex parte, & c. proxi. & multis aliis. cap.

2 ¶ † Item plus, dicimus, q clerici cuiuslibet ecclesiæ & etiam sacerdotes, & quod plus est prelati b suç ecclesiæ, a qua percipiunt ecclesiastica sacramenta, soluunt etiam decimas personales licet enim ip si seruiant ecclesiæ, & aliis ministrêne sacramenta tñ nomine ecclesiæ faciunt, & nomine ecclesiæ suscipiunt decimas,

a ¶ *Prædiales autem Adde Car. in consil. 88. inc. consultus ego Fran. col. fi. post prin cipium.*

b ¶ *Prelati. Quòd prelati soluunt decimas personales suæ ecclesiæ, adde Car. di. in consil. 90. inci. in defensione dubij præmissi, col. 2.*

decimas,& ipsi ét à seipsis nomine ecclesiarum recipiũt sacra. ¶ Quid dices de Cistercien.& alijs clericis,q mercenarios tenent in alijs parochijs,qui ibi texunt uestes, & alia manibus suis operantur,& ex talium mercenariorum operibus multa lucrantur monachi,uel clerici? R ñ demus ꝙ mercenarij de mercede sua soluant decimas: sed de eo ꝙ peruenit ad monasterium ét de mercede, nihil soluetur.& si serui monasterij,uel monachi in alia parochia operantur,cũ nihil sibi acquirant,nullas decimas personales soluent illi ecclesiæ in cuius parochia operantur, & ubi audiunt diuina officia. Idem ét uideť in seruis, & mercenaris laicorum, si operantur in alia parochia, quam in qua dñs commoratur;quia ibi mercenarius soluet decimas de mercede sua. serui autẽ nihil soluent, cum nihil hĩe possint: imò dominus soluet inde decimas ecclesiæ,ubi ipse dñs per circulũ anni audiuit diuina officia,& ubi moratur. ¶ Alij tñ dicũt,cum naturaliter etiam seruo mercedes debeantur, arg. ff. de condi. inde. naturaliter, ꝙ ecclesiæ, in cuius parochia operatur, soluendæ sunt decimæ, & idem forte dř in monacho.sed hoc non placet, cum non possit quæ rere nisi monasterio, & monasterium decimas personales soluere non tenetur.& idem dicimus in his, qui negociantur nomine aliorum. ¶ Item non credimus, ꝙ liceat hodie in aliqua ecclesia audiuit officia; & hodie ibi lucretur centum,ꝙ ex eis det decimam illi ecclesiæ:sed ubi per totum annum ecclesiastica sumit sacra,i.audiuerit diuina officia. 16.q.2.questi.ⅉ.eo.ad apostolicæ.& si forte in pluribus audiret officia,& quasi pro equali parte, non esset malum, ꝙ auctoritate superioris inter eos decimæ diuiderentur : quia dignum est, ut temporalia metat,qui seminat spiritualia. ¶ De præbendis autem suis clerici non debent dare aliquid ecclesijs, in quibus audiunt diuina officia,si forte alibi audiunt,quàm in ecclesijs,ubi habent ꝓbendas.& hoc uerum,si illæ ecclesiæ nõ habent præbendas,nulli debent soluere decimas uel si debent soluere,decimauerunt bene illa bona.unde ꝓbendas dederunt.quod sic probo,quia præbendæ datæ clericis non sunt clericorum ; imò ꝓprietas est earum ecclesiarum,quæ dant ꝓbendas, unde de eis non possunt test.ri.ⅉ.de testa.c.ult.& c.ad hæc,& c.relatum. Si autẽ ecclesiæ, quæ dant præbendas , deberent alijs dare decimas, & non dedissent, tunc clerici, qui receperunt ꝓbendas , debent inde dare decimas, infrà.cap. à nobis, & c.tua.

EX multiplici derogare no.per priuilegium non derogari pacto,nec transactioni.

COmmissum. [pascuis] quæ uendebantur,& sic precia soluebantur, uel solui debebant ecclesiæ parochiali.uel decimæ debent solui de pascuis,i.de lacte, & lana bestiarum,quæ pascebatur in illis pascuis.si.ⅉ.c. nuncios.Et sic est ar.ꝙ tales decimæ censeant prædiales quia si personales essent,non parochiali,sed illi,ubi audir officia, dari præcipiuntur , prima magis placet , & si dominus fundi gratis patiatur pascere bestias in fundo suo, tamen cum herba deuulsa de terra à bestia, uel potius ab eo,qui bestias pascit, transeat cum onere suo decimæ,infrà c.tua & ca.pastoralis, dominus bestiæ decimam æstimationem totius herbę debet dare ecclesiæ. ff.de usufru.si usufructuarius.& idem uidetur.arg.huius l.& præal.rationis, ꝙ si quis comburat , uel aliter destruat segetem,maxime maturam,uel arbores cedat: ꝙ parochialis sacerdos potest agere ad decimam æstimationis. Alij autem contradicunt. de feris autem,auibus, & piscibus non reclusis bene dandę sunt decimæ ecclesiæ ubi percipit sacramenta,& non baptismali ecclesiæ, quia in nullius parochia debent esse nisi.de re.di.§.certæ. & §.seq.

PEruenit.

NVncios [de apibus] .i.de melle apum,& cera.si.ⅉ eo.commissum.

CVm homines.

DIlecti filij [Conduxistis] no.licere clericis conducere prædia,si sua eis non sufficiunt [Conducitis] sed proprijs tantum.

SVggestum [componatis] cum enormiter lædantur alij decimas recipere debēt,nisi soluatis. [Ordinis] .i.Cistercieñ. [Priuilegium] circa decimas monachorũ no.qđ olim in primitiua ecclesia decimas de laboribus, & pdijs suis dabant,sicut laici.16.q.1.gñaliter. 12.q. 1. in si.& c.procedente.Sed paschalis.2.& Greg. & concil. Magun.constituerunt,ne religiosi, nec alij cõiter uiuentes decimas de suis laboribus soluerent.16.q.1.questi. & c.decimas. & certo tpe hoc priuilegiũ arctatũ est c.r ca Cisiercien.tēplarios,& hospitalarios Hierosolymitanos.alijs uerò monachis concessit tñ de noualib.quę ꝓprijs manibus excolunt,& de hortis,& nutrimētis aīalium.ⅉ.c.prox & c.ad audientiam. ¶ Est ergo sic tenendum ꝙ monachi Cistercien.nõ dabũt decimas de possessionibus ꝓprijs quas colunt manibus,uel sumptibus ꝓprijs, nisi pacto,uel transactione sint ligati.s.e. ex multiplici, & enormiter læditur eccl'ia,ut hic,uel nisi soluendo renunciauerunt priuilegio suo,ut.ⅉ.de priuil. si de terra. monachi aũt,& alij canonici de oibus tenent dare decimas,nisi de noualibus proprijs manibus cultis & hortis,& nutrimentis aīaliũ.ⅉ.e.c.proxi.sed & eas.s.decima de noua & hor.& nutri.aīalium soluent, si parochialis ecclesia lædař.ⅉ.de uer.si.qd per no.§.ij.de alijs aũt soluēt,nisi snp decimis spāle priuilegiũ hēant,uel nisi præscripserint,& hæc uera sunt ĩ monasterijs,q pp̃m nõ habent ratis secus:quia tunc ét pdiales,& personales habebunt ut hic,& 16.q.1.si monachus oēs religiosi de possessionib. uero post ꝯcil.habitis indifferēter oēs religiosi decimas, soluēt,siue sint Cistercien.siue tēplarij,siue hospitalarij siue quicũque alij decimis priuilegiati.ⅉ.e.nup.olim āt uel hodie de conductis & proprijs manibus cultis decimas soluent.s.eo.dilecti.[Sed nunc] no.ubi priuilegiũ. ex post facto ad iniquum grauamen ét non iniquũ deuenit,temperandũ est per superiorem.ff.de reg.iu. Neratius.in fi.ff.de uul.& pup.subst.ex facto.

EX parte [predecessores] 12.q.1.tua.

LIcet.

AD audientiam [ubi ponimus] ff.de const. prin.benefic um.s.de so.cum dilec.

QVoniam à nobis [alioquin] .i.si non sunt in alicuius parochia.

PArochianos [domino] 16.q.1. reuertimini [Debitum] per actio.confesso. ar.ff.si ser.uin.l.ij.ff.si usuf. pe.l pe.de rei uin.ad fructus. 16.q.1.reuertimini,modo ramine.nec est curandum,si primo ecclesia non habeat dñiũ.C.de sac.san.ec. ut inter diũ.s.de consu.c.2. arg.ꝯ. ff.de polli.l.ij.§.ult.ubi dř,q diu decima nõ est separata, sp est in possessione prioris dñi sed ibi loquiť de ꝓfana decima:hic spũali.uel petantur condictione ex canone 16.q.1.decimæ & c.reuerti uel officio iud. pro his etiã intentatur iudicium,communi dist.

Ad

[Si uerò]quartum membrum distin. [Canonicam]i.cō suetudinariam [sanorem] ff.loc habitatores. [Alii]ex traneo [legaretur] extraneo:quia si alicui ex̄neo legatum esset,nullam proportionem de illo habuissent capellæ,nec alia pia loca,sic nec de legatis ep̄o debent habere aliquam portionem [Illis]ecclesijs non cathedra
3 libus. ¶ † Cōio licet multa sit cōio inter Abbatem & conuētum, uel etiam inter alias dignitates & capitula, non tñ fierent istæ diuisiones inter eos, si haberēt bona distincta,nisi hoc inter se conuenerint, quia inter eos per canones non est facta nec communio,nec diuisio, & ex hoc apparet,quia si nulli canones essent, qui dicerent,ꝙ aliquam portionem deberet habere eps in legatis ecclesiarum,tamen partem aliquam ibi habere deberet quia cōmunio est inter ep̄m & ecclesias,& ex quo inter eos est communio,& bona deberent esse communia,quia non dr̄ hic,ꝙ in aliquibus specialiter sit inter eos,communio,sed gñaliter loquitur: & ideo est intelligēdum de omnibus imò plus uſ,ꝙ in hac communione dñs & principalis erit eps. nam ipse est prærordinator in cunctis.25.di perlectis & ipse est, ad quem pertinet cura omnium ecclesiarum.10.q.1.decretum,& c.se. 16.q.7.omnes. sed tñ,ut tolleretur causa scandali, qđ solet communio generare,editi sunt canones, quā partem habere debeat eps,& quam aliæ ecclesiæ determinatè.& hoc ēt diuersimode diffinierunt ſm diuersas cōsuetudines prouinciarū,uel ſm diuersas conditiones tpum. Et ideo in hoc stādum est cōsuetudini [a] j. de sepul.certificari,& in prin. huius decreta. nam quidam canones dant ep̄o medietatem de omnibus datis ecclesiis.10.q.1.antiquos.Et dicunt alii, ꝙ tam magnam partē dedit illud.c.j.ep̄o,quia loquit de portione, quā debet habere eps cum ecclesia cathedrali,cum qua habet maiorem communionem,ut hic alii canones dant ei tertiā 10.q.1.decernimus.10.q.3.ca.1.2.& 3.& 16.q.1.constitutum alii aūt dant ei quartam.12.q.2.nobis & ca. seq. & 16.q.1.ad hoc & ſm hunc modum præceperunt canones diuidi præsentia, & postmodum acquirenda, sicut ex eisdem.c.colligitur.¶ Sed ubi non constat de cōsuetudine,uſ ꝙ eps possit petere quartā quia cum hęc decre.dicat,ꝙ soluat tertiam,uel quartam ſm diuersas consuetudines,ad minorem summam recurrendum est hoc non placet,quia quod hic dr̄,& in c.certificari,loquitur ſm diuersas consuetudines dandi portiones diuersas, sed cum submouemus consuetudinem,& loquimur tm̄ de iure,ibi non est dicēdum, ꝙ eligatur minor portio,sed portio posterioribus canonibus statuta dabit.ff. de leg.non est nouum & l.nam posteriores sed quia plures inueniuntur canones de quarta, & ut credo, posteriores,& quia etiam moderati sunt,& quia iam sibi ultimis ecclesia eam appellat,s.quarta decimarū,& mortuariorum.j.de sepul.in pręsentia,& c.cum super credimus nomine canonicæ portionis quartam intelligendā dicimus tñ,ꝙ si aliquis legitime præscripsisset ꝯ solutionem huiusmodi portionis,ꝙ bene ualet in hoc præscripta consuetudo.¶ Item dicimus,ꝙ si sit consuetudo,ꝙ detur quinta,uel sexta,ꝙ hoc non pōt peti nomine canonicæ portionis,sed cōsuetudinariæ tm̄, quia hęc portio non inuenitur in aliquo canone,sed uſ, ꝙ hi canones omnes sunt reuocati per ca. 10.q. 2.c.1.2. & 3. ubi dicitur,ꝙ tertia solita dari ep̄is ulterius non soluatur. S o.illa c.non loquūtur de quarta,uel tertia debita ep̄o pro sua parte sed de parte fabricæ, quæ similiter assignabatur ep̄o præter suā partem.12.q.2.de reditibus. & uſ,ꝙ propter prædictam communionem, quæ est inter ep̄m,& ecclesias inferiores,clerici locationes & uenditiones non possunt facere de rebus ecclesiarum. 12. q.2.abbatibus 17.q.4.in uenditionibus, quamuis uideatur hoc facere plus pp iurisdictionem, quam pp com-
4 munionem. ¶ † Item ex cōione ꝓcedit, ꝙ statuta ecclesiarum debent facere cum consilio clericorum suorum s.de consue.cum consuetudinis, & ꝙ possint agere ep̄i pro ecclesiis j. de suc.ab intest.cum dilectus,& ꝙ in ꝓcurationibus,& in alijs arduis negocijs sua consilia & cōsensus requirere debent 10.q.2.§.perpetua.s.de ma. & obe.c.humilis.s.de procu.c.j.& de iudi.causam [Sed istu] 18.q.1.c.1.[Illud]quod sequitur[In uita]post mortem autem pōt, si intestatus decedat, & sine agnatis usque ad septimum gradum, uel sine cognatis usque ad quartum. infra de succes. ab intesta. cum dilectus 12. quæstio.3.ca.1. [Fraus] not.contra sacerdotes, qui procurant sibi aliquid relinqui in testamento ab his, quibus pœnitentiam iniungunt, quamuis posset dici, ꝙ ipsi administrationem habere dicuntur, scilicet iniungendi pœnitentias.

a ¶*Consuetudini. Adde Barth. Soz1. in l. timibus, colum. iij. uersicu. j. conclu. ff. de rebus dub.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris substitutio per quæ uerba concipiatur.*
2 *Substitutio directa quando intelligatur esse facta.*
3 *Vsucapio quando & quo casu prosit.*
4 *Liberi primi gradus ante lit.contest. non computant fructus in quartam partem Trebellianicam, etiam si pater rogauerit.*
5 *Iudex quandoque in iudicando sequitur consuetudinem partium.*

RAynutius, de Clera.i.filius Clerę[& uxorem] Raynutii [relinquens] instituendo eam hæredem in eis alij aliter [Cætera] per hæc uerba fit hæredis institutio.C.de testa.in testamentis, & maxime in filijs.C.e.hac consul. [Et soboles] ista duo ꝓ medietate
1 succedent.C de cadu.tol.l.j.§ his itaque.† Impu.succederent] siue testator dixit,si filius meus impubes decesserit sine liberis,talis hæres meus esto, qbus uerbis sine hac adiectione,sine liberis,proprie substitutio fit expressa pupillaris,instit.de pupil.sub. j. respon. & §.substituitur.siue dixerit substituo talem,quæ uerba trahuntur ad fideicommissariam.C.de insti.& sub generaliter.§.ul.semper substitutio cum prædicta adiectione facta fuit fideicommissaria quia talibus uerbis,si decesserit sine liberis,& de iure & de facto consueuit esse fideicommissaria substitutio,non directa, quia nisi uerba directa.s.sit hæres,uel succedat,& similia traherentur ad fideicommissum,nullo tempore magis, quam alio ualeret.& dicimus etiam,quia uerbum, sine liberis, innuit, ꝙ etiā in pupillari ætate substituere uoluit per fideicommissum quia tūc liberos habere nō potuit nec est absurdum,ꝙ uerba directa trahantur ad fideicōmissum.ff.ad Treb.Scæuola & in hoc casu mater ab intestato succedere debet,uel ex testō, sicut hic maritus successit,& bona restituere detracta Falcidia.& quarta Trebellianica.C.ad Treb.etiam[Lombardo] i. quod continetur in libro,qui dicitur Lombarda.nam ibi specialia iura statuuntur super dote, [Liberis] quare pro eo censenda est,ac si non habuisset.ff.ad Treb. ex officio.§.si quis autem. [Maritus] institutus hæres ab A-

dicta.

dicta. alias.n.soror, uel filius sororis in totum succes-
sisset, C.de fideicô. si in persona [Raynutij] intellige, q
hæ tertiæ, s.matris, & aujæ Adiectæ non fuerunt sepa-
ratæ de bonis R.eo uiuente, nec mortuo de bonis Ad-
iectæ. nec intelligimus, q donauit, uel uendidit certas
res de dictis tertiis: sed ius, qđ habebat in ipsis tertiis,
uel in bonis ꝑ rône illarum tertiarum, alias.n.si eas se-
paratas habuissent, oportuisset, q non ex cā substõnis,
uel fideicô. sed uel ex testô, uel ab intestato ꝑdicta quę-
rerent in libello. ¶ Alij dicunt, licet non sit uerisimile,
q etiam iura, q̃ Alterocha habuit in ꝑdictis tertiis, pe-
tierit. [uel substõnis] .i. fideicômissariæ substõnis. ex cā
autem substõnis pupillaris, uel directæ petere non po-
terat; quia uerba illius ad fideicômissum trahebantur
tm̃, ut diximus in gl. siue quia si esset pupillaris, euanue
rat adueniente pubertate. Adiectæ, quæ iam euanue-
2 rat, cum filios habuerit. † Est.n. substitutio directa, qñ
nullo medio substitutus capit hæreditatem, qualis est
pupillaris. uulgaris, exemplaris, & cõpendiosa est sub-
stitutio indirecta, quæ alio medio habetur ut fideicom
missaria [petiere] & bene [annalis] quæ hodie subla-
ta est, C.de usucap.transform.l.j. uel loquitur de an-
nali præscriptione, quæ competebat iure Lombard. &
secundum hoc falsum dicebat: quod si uerum esset, q
3 iure Lombardo nupta esset, obtineret. † Usucapio] quæ
prodest, quando res traditur in dotem inęstimatam,
& sequitur matrimonium & de iure, & de facto; quo
casu si res non sint eius, qui eas assignauit in dotem,
usucapitur pro dote. si uerò esset æstimata, usucapitur
pro emptore, ff. de usucap. pro dote.l.j.& ij. hæc autem
cum essent puellæ assignata in dotem, licet essent obli-
gata restitutioni, potuerunt in dotem dari: nec incipit
contra Alterocham, cui restitutio facienda est, currere
præscriptio, nisi ex quo tempore competit actio ex te-
stamento, & petitio fideicom. nec curreret nisi triēna-
lis præscriptio, C.de fideicôm.auť.res, C.de præscript.
30.ann.sicut in rem, C.de anna.excep.l.j.§.ult. [silen-
tium] quod silẽtium & taciturnitas loco pacti habere-
tur: sed malè dicebat [bonis illis] prædictæ Adiectæ,
uel potius R. quæ petebãtur [tertia] istæ tertiæ matris
& uxoris R. non iure ciuili: sed Lombardo debentur,
quo cautum est q uxor superuiuens marito debet ha-
bere tertiã in bonis eius: quia mater & uxor R. super-
uixerunt maritis. ideo has tertias deducunt. [Cleræ]
quam tertiam Clera habuerat in bonis R. filij: quia su-
peruixerat suo marito patri R. [testatoris] R.s. [quar-
ta] hoc iure ciuili deducitur, ff. de uulg.& pupil.substi.
l.cohæredi, §.cum filiæ. [pupillorum] filiorũ Petri ma
riti Adiectæ [Raynutij] patris Alterochæ & Adiectæ.
[cogitasse] quod etiam si cogitasset, tamen matri aut
uxori præiudicasset, nisi aliud esset de cõsuetudine, uel
de iure Lombardo [P.] marito Adiectæ [consuetudi-
nem] Nota iudicem appellationis sequi cõsuetudinem
partium, ut supra de consuet.c.j. forte erat ɔsuetudo,
q de mobilibus, uel consimilibus non fiebat deductio.
[ut legitima] dicũt quidam hoc etiam iure Lombardo
contineri, q uxor superuiuens per nullum contractum
põt alienare tertiam sibi à marito obuenientem, quin
tertiam uel debitum bonorum subsidium ibi habeant
ex marito descendẽtes, uel alienationes istæ simulatæ,
uel in fraudem factæ erãt, uel donatio facta erat inof-
ficiosa, & 3ctus uenditionis nõ erat uerus: sed sub simu-
latione uendõnis intellexit facere donationem, C.de
inoffi.do.l.l.j.ij.& iij. [in utraq;] .i. in tertia matris, &
4 auię, C.de inoffi.testa.l.j.& l.filiam. † Litis] ante lit.cõ-
test. liberi primi gradus non cõputant fructus in quar-
tam partem Trebellianicam, etiam si pater rogauerit,
C.ad Treb.iubemus: secus in nepotibus, & aliis, q com-
putant fructus ex uolũtate defuncti perceptos, puta qa
rogauit post tẽpus hæreditatem restituere: isti tñ, si pe
piant ultra quartã, non restituunt. Si uerò ex negligen
tia hæredis ꝑcipiant fructus bona fide, non cõputant in
quartam, nisi post moram. tunc.n. cõputat & restituit,
qui habet super quartam, ff. ad Trebel. etiam fideicô.&
l.mulier, §.si hæres, & l.ita tamẽ, §.hæres ex asse; & post
lit.contest. est in culpa, & in mora. ¶ Item posset dici, q
etiam liberi primi gradus cõputant post lit.contest. in
quartã, arg.C.de rei uin.certũ. Alij etiã dicũt, & forte
nõ bene, q fructus aliarũ partiũ, nõ quartæ cõputãt in
quartã, & sic nõ est ɔtrũ, C.ad Treb.iubem⁹ [à P.] istud,
s.à P.ꝑdicto, & filiis eius, nõ est ĩ integra, nec debet esse,
cũ P.mortuus esset, ut in hac decr. expresſè uř. si tñ uis
sustinere literam hic, dic q ẽt cũ P.uiuebat, fuit lit.ɔt.
facta [eius] quartæ [in legitima] M. de plano confes-
sit & quartam Trebellianicã, & debitum bonorũ sub-
sidium simul ab eodem P. deducenda. Ideo dixit, q nõ
integræ ambæ deducuntur: sed qđ in una deest, supplet̃
ꝑ aliam; & sic intelligunt hanc decr. uidetur tamen q
opi.prima ꝑ hanc decr.& se. Raynaldus, confirmatur.
5 † Censuit] cardinalis, qui iudicauit de appellatione.&
no. q sequitur consuetudinem partium, ut no.s. de con
suet.c.1.no. ẽt iudicem appe. non solũ pronũciare sniam
iustam, uel iniustam, sed etiam addere. ar.ɔ.C.de app.
eos, in prin. ¶ Item no. iudicem supplere de facto; quod
quidam concedunt, arg. ff. de pe.hære.l.ult. nos tamen
hoc non concedimus; & hæc potest dici suppletio iuris.

TUa nobis [& alia] in his legatis cessat Falcidia. C.
de epis.nulli, & si quis ad declinandas [locorũ] un
de duxerunt originem defuncti. uel si hoc est incertũ, ꝑ
epũs locorum, ubi sunt mortui, inquireť. C.de san.epi.
nulli [interdici] ió auť. de eccl.ti.§.si qs [cõpellas] põt
ẽt eps ea dispẽsare, si certus executor deputatus nõ est
uel ẽt si deputatus est, & non impleat uoluntatem te-
statoris, ipsemet implere potest; & si legatum erat exe
cutori aliquid, id amittit. C.de san.epi.nulli, in auť. de
eccl.ti.§.si quis ante, cum duobus.§.seq.&c.

S U M M A R I U M.

1 *Nunquid, si pluribus commissa est causa, possint cæteri uno absente seu mortuo procedere?*
2 *Tertia, & quarta hæreditatis an subiaceant restitutioni.*
3 *Rei uind. & hypo. ex testamento cõpetunt etiam pro legatis.*
4 *Statim quòd quis hæreditatem adiuit, dominium rei legatæ transiuit ad legatarium.*
5 *Pactum facere non põt, quòd alienatio facta non teneat, &c.*
6 *In testamento sola testatoris uoluntas transfert dominium in legatarium sine traditione.*
7 *Licet hæres ante annum conueniatur super legatis præstandis, & condemnetur, non tamen priuatur Fal. dummodò intra annum satisfaciat.*

RAynaldus [ab ipso] Pepone [restitueret] hæc
substitutio disiunctim facta fuit, s. hoc mõ, ut ta
li patruo suo restituat medietatem hæredita-
tis, & alij patruo aliam medietatem. si.n. coniunctim fa-
cta esset talis substitutio Raynaldus non potuisset insti-
tuisse hæredes filios patrui, cũ ad solũ ɔiunctũ, s. patruũ
superuiuentẽ debuit hr̃editas deuenire, C.de cadu.tol.
l.j.§.si autem aliq. põt tñ dici, q ĩ nulla parte decr. appro-

batur institutio filiorum, nisi forte in tertia, & quarta. & q ipsi absoluuntur, non est ,ppter ius, q hæreditatẽ haberent, sed qa non possidebãt [eis] patruis [quibusdam] sic Pepo quædam cõitet filio suo R. & patruis ipsius R. relinquerat, super qbus cõpromissum, de quo hic agitur, factum fuit, uel alias dicebant se ius habere
1 in illis. † Ex forma] quæ erat, ut vno absente, uel mortuo duo procederent. alias.n. vno absente, uel mortuo, alij procedere non potuissent, ff.de arbit. item si vnus, §.ult. sed si præsentes essent omnes, sed vnus nollet cõcordare cum aliis siue in vnam sniam, siue etiam q snia ferretur, tunc eo contradicente, alij possent ferre sententiam, ff.de re iud. duo ex. & si dicat se non instructũ de cã, idem, ff.de re iud. si vni. idẽ etiã dicimus, si postq̃ dixisset opinionem suam, & intellexisset aliorum opinionem 3riam, recederet. nam tunc credimus, q etiam eo absente possent alij ,pcedere, ar. quia tunc cessat rõ legis, s. q posset alios in suam opinionem trahere, ut in l.præall. Item si vnus, §.fin. sed si non intellexisset opinionem aliorum, & recederet etiam fine cã, uel etiã maliciosè nolens cãm terminate, tunc ,pcedere nõ possunt præsentes, ar. prædictarum l. item, & duo, quãuis dicant quidam, q ex quo ꝯuenerunt ad sniam ferendam, q etiam vno recedente alij possunt sententiare: qa uerum est oẽs adesse ad sniam ferendam, i. ad diem sniæ ferendæ [trãsferendi] diuisæ.n. fuerũt inter R. & patruos res, de qbus qõ erat [prædictas] in cõpromisso uel in alia parte suæ arbitrorum [legitimè] ff.ad Treb.ex facto. §.si quis, & l.hæredibus, C.de insti.& substi. generaliter, in fi.ff.de leg.ij.cum pater, §.uolo [prædictis] de qbus fuit cõpromissum [vni] forte alius mortuus erat, uel alius cõsenserat, & ratum habebat instõnem factam de vno solo; vnde solus alius iure accrescẽdi totum fideicõmissum habere debet, C.de cadu.toll.l.vnica, §.si autem, & §.his itaque, C.de fideic.in psona, ff.de leg.ij. cum filiosa.in fi.ff.ad Treb. apud.§.ult.C.de cõdi.& demon.l.si qs leg.§.j. Item alia tõne non est curandum, q non facit mẽtionem de aliis patruis: qa non ,psequit hæc decr. materiam nisi legati tertiæ & quartæ, in quo non potuit grauari Raynal quin illud dimitteretur vni ex patruis, uel filiis eius tm, uel pœnitus ex ttaneis, ut hic dicitur. fuit aũt hoc legatum debitum iure naturæ & quarta Trebellianica in bonis paternis. [hæredes] vnus patruus, & filij. [Possent] hæc uerba generalia insuficiant sniam sequẽtẽ, in qua ꝯdẽnatur patruus nõ solum ad tertiam, & quartã legati, s. medietatis tertiæ & quartæ relictæ auũculis, sed etiam tertiam & quartã totius hæreditatis; puta & aliæ medietatis tertiæ & quartæ relictæ patruis. solæ.n. tertiæ & quartæ erant hæreditas R. quã posset ,p libito dimittere. alias.n. si nõ sic generaliter locutus esset, debet sufficere, q uel pœnam soluat, s. tertiam, uel quartam in aliis rebus à legato, uel legatum, ff.de pac. rescriptum, § si pacto. potius n. res legata, i. tertia & quarta rerum legatarum peruenit ad auũculos ,ppter pœnam appositam, q̃ propter legatum primum. secus aũt si dixisset, si non dederis rẽ legatam, uel duplum, uel aliam rem. tunc.n. oportteret eũ
FRaternitatis [prouideas] idest paritas. j e.c.si. hic aũt duo in eis requiruntur, q sint honestæ & peritæ. ff. de uen. inspi. l. j. j. c. ult & s. de proba. proposuisti [sub periculo] imò iurare debent supra de probatio. proposuisti, & hic modus est iurandi: [deerat] idest inutilis erat ad matrimonium contrahendum [qui] non dicitur autem, q hic fuit medicus, uel concubitor; & ideo hinc orta est causa dubitationis [solenni] de uouendo se alicui religioni in manu eius, qui potestatem habeat ordini aggregãdi.

nos

nos tñ dicimus idem,& si nulli religioni se deuouerat,
sed aliter solennizet uotum,quod qualiter esse possit,
no. de regu.& transe. porrectum [religionem] qa trans
seundo ad religionem,& solummó habitum nouicij su
scipiendo simplex uotum solennizatur.s.de reg. & trã
1 se.consulti,& c.statuimus.[†Miraculum] melius placet
q siue per opus medici etiam cum corporali periculo,
siue per concubitum alterius uiri etiam dissimilis in
genitalibus reddatur apta primo, semper restituenda
est primo,& hoc satis apparet, ubi dicit, præter diuinũ
mi.&c.hoc ipsum etiam ꝓbatur rõnabiliter:quia si mu
lier est arcta uni, & omnibus arcta est; & si uni ẽ cogno
scibilis,& omnibus est cognoscibilis.Item si est uni co-
gnoscibilis,nõ est arcta. Item si aliqñ est cognoscibilis
non haber neque naturale, neque perpetuum impedi-
mentũ.& si ita,non est à primo uiro separanda, & si se-
parata fuit p errorem,comperta ueritate dẽt primo ui
ro restitui,ut hic. Itẽ q dixi de corporali periculo, sic
ꝓbo, quia si añ incisionem in corporali impedimento
ꝯxerat cũ uno solo,nulla rõ est, quare non debeat com
plere ꝓmissionẽ factã de mrĩmonio ꝯhendo cum eo,&
ẽt imputandum esset mulieri,si postea cum alio ꝯheret
si uerò añ incisionẽ cum plurib.ꝯxisset,sicut cum primo
nõ tenet mrĩmonium sicut falso asserunt, multo fortius
nec cum scd'o.uñ scd'o nullo mõ restituẽda est,restat er
go,q sp est primo restituenda.in hoc tñ articulo,s. qñ
p incisionẽ periculosam reddit apta primo,vr cõtraria
lra pñs, s.absq; corporali periculo.sed expone.i.absque
morte.q.d.si mors non fuerit subsecuta ex medicami-
ne,sp restituenda est primo uiro;& hoc innuit,q sequit
in §.forte tam grauis,ut ex ea mortis peri.&c hæc glo.
placet[Humanum] siue medici,siue mariti eam cognó
scentis ẽt cum aliqua uiolentia,sed absq; periculo cor
poris.nam per assuefactionem alterius posset reddi ha-
bilis marito,uel ẽt mariti. sed nõ nisi corporali pericu-
lo,nõ crederem mrĩmonium tenere. unde, si nubat alij
2 non fiẽt,tenebit mrĩmonium.hoc non placet.[†Huma-
nũ] licitũ.nã q nõ nisi illicite fieri põt dr̃ non posse fie-
ri.22.q.2.faciat.non.n. crederem licere per assuefactio
nem alicuius iuuenis,qui & paruũ & durũ membrum ha
beret,aliquam inhabilem ad cognoscendum ab aliquo
q haberet maius & debilius membrum, habilitari eidẽ.
imò ẽt si postea fieret habilis p usum talis adulterij,nõ
tñ est inter eos matrimonium, sed sponsalia tantum, si-
cut in impuberibus.s.de despõ.impu.puberes. hoc q dr̃
de impuberibus,non placet,ut no.s.e. c.j.& s.de despõ.
3 impu.puberes.[†Humanum] hinc colligitur so.pe. quæ
stionis huius c. nam licet aliqua arta cum graui pericu
lo artificio medici possit fieri apta,non tamen est ido-
nea ad matrimonium contrahendũ,& si ꝯtraxisset,po-
stea reddita apta opera medici,& nubat alij,tenebit ma
trimonium cum scd'o. secus aũt, si leui incissione possit
apta reddi,hoc nõ placet.sed dic,ut gl.melius [ꝓbabi-
lẽ]qa ꝯ ueritatẽ fuit lata snia,licet ꝓbabiliter ꝯtra ue
ritatẽ fecerit[siẽ] p omnia quo ad coeundũ. nã posset
esse alijs sitis in statura.esset tñ ei dissimilis in genitali
bus membris.uñ in hoc casu teneret matrimonium, cũ
secunda nec restitueř primo,licet p usum secundi ei ap
ta redderet,& p hoc intelligitur solutio ult.qõnis.hoc
4 non placet.[†Cõmiscetur] forte, qa primus non dedit
operam tñ copulæ,quantam scd's:uel ẽt modicam an-
gustiam in coeundo noluit sustinere,uel calida electua
ria sumere:uel etiam noluit expectare aliquantũ tpis,
ut crescente.persona cresceret & membrũ: q omnia fe-
cit secundus,& ideo separatur a scd'o,& restituit primo

5 [¶Dicimus]. No.snia ualere contra rem prius iudica-
tã.dicunt quidam hoc ideo teneret quia spãle in matri-
monio. uel dic ueritate manifesta in iudicio, cum non
fuerit añ sniam exceptum,ualere sniam circa rem prius
iudicatam, ar.s.de re iudi. cum Bertoldus, ubi de hoc.
& idem est ẽt,si notorie appareret sniam iniustã,ut hic
& j.de pur.uul.c.ij.nam ueritas,ualet,& inualescit.viij.
dist. consuetudo [Religionem] sine uoto solenni. nam
de eo sequitur, sed tñ simplex uotum emiserat, q fuit
solennizatum per habitus susceptionẽ, uel p ingressum
in religionẽ. nobis videř idem,si solẽniter uouit.& hic
loquit de solenni uouente,& postea ingrediẽte mona-
steriũ [auctoritate].s.de conuer.coniu.ca. ex publico.
[alioquin].i.si non transiuit. tñ ex hac decr.satis mani-
feste colligitur, q ẽt si mulier uoluerit solẽniter,& ẽt
cõsentiente uiro,& ẽt q plus est, ẽt si uir nupserit post
uotum uxoris,nisi mulier monasteriũ ingrediat, tñ ma
trimoniũ primo ꝯtractum reintegratur, sicut hic plene
ꝓbatur,ubi dicit,q uir iste cogendus est redire ad hãc
mulierem, à qua p arctationem separatus est, nisi ipsa
post uotum solenne nupsisset uiro, qui tunc non cogi-
tur ad eam redire: quid est adultera. ¶ Et sic apparet,
q cã diuortij quo ad torum est inter istos, non uotum
solenne,sed adulterium.sed huic multũ uideř contradi
cere decre.s. de ꝯuer.ꝯiu.ex parte,in fi.sed certe, si bñ
intelligit non ꝯtradicit,imò potius concordat. nam hic
& ibi innuit, q aliud est ingredi monasteriũ, uel uoto
obligare se ad obseruantiã regularem de pñti; & istud
uotum nõ tñ impedit ꝯhẽdũ matrimonium,& dirimit
iam ꝯtum.s.post uotum,sed ẽt dirimit ꝯtũ añ uotum,
dummõ non interuenerit carnalis copula, ut hic plene
habes,& s.de conuer.ꝯiu.l.ex publico; & c ex parte. &
aliud est uouere solenniter cõtinentiã,q qualiter fiat,
nor.s.de reg.& trans.porrectum, & istud uotum nõ diri
mit matrimoniũ cõtractũ añ uotum.s.de cõuer. coniu.
ex parte,sed impedit contrahendum, & dirimit ẽt con
tractum post uotũ,& hoc expresse habes hic, & s.q cle.
uel uo.c.insinuantẽ,ubi loquit de uouente cõtinentiã,
& non de professa aliquam religionem. alioquin male
ibi diceret, q sibi domus propria remansisset, qd' esset
cõtra substantiã ꝓfessionis.s.de statu mo.cũ ad.& aliud
est uouere simpľr,& istud uotũ tñ impedit contrahen-
dum.s.qui cle.uel uo. rursus [uoto] solenni etiam sine
transitu ad religionem.si enim solenniter uouit, cogen
da est monasterium intrare,supra de conuer. coniu. ex
parte,in fi.[alij] præterquam Gu. de quo sibi non im-
putatur,cum intẽderet sibi matrimonialiter copulari.
5 [†Dubitabilis].s.de facto, s.an posset cognosci à pri-
mo.somniant,q sic exponũt,& dicũt,q non solũ semel,
sed ẽt manens cum scd'o centies,cõcedẽda est primo ui
ro,ut experiat,an posit eã cognoscere,q q̃ sit absurdũ,
exponere eos extraordinariæ pollutioni, & q aliena
uxor ita ab alio contractetur, quilibet etiam insipiens
uidere põt. Alij aũt sic exponũt,& bene.i.quãdiu dubi-
tatur,an snia sit reuocãda:uel an scd's sit similis primo:
nec cognoscetur, an sit apta p cognitionem uiri primi,
sed p aspectum corporis uiri utriusque. s.un.similia mẽ
bra haberent,pñmitur,q ei cognoscibilis sit, & sic red
detur ei.alij dicunt,q quamdiu de iure dubitabile erat
an sit separata pp artationẽ,& pp sniam ecclesię,posset
alii nubere, & an ẽt posset probare, si inueniret quem-
piam sibi aptum. añ tps.n.huius decr.de hoc dubitabať
à iurisperitis, nec erat adhuc iste articulus per ecclesiã
terminatus. nec est iudicanda hæc mulier fornicari,
nec peccare,cum per ecclesiã mulier soluta à primo ui

ro licitè poterat cum alio ɔhere. Est.n.prohibitorium edictum de matrimonio.s̄.de spon.cum apud. nec ualet, si dicas mr̄imonium esse de iure naturali, ergo ibi ignorantia iuris non excusat, si quis illud uiolat. R̄n qa in his, quæ sunt de iure naturæ & specialiter super matrimonio, & contra matrimonium, sæpe cōstituit ecclesia, sicut apparet, quia qn̄q; prohibet usq; ad septimū gradum ɔhi, aliqn̄ usq; ad quartum.s̄.de consan.& affi. non debet.s̄.de conuer.coniu.ex publico, & e.ex parte, & no.s̄.de biga.c.1.alij tn̄ dicunt, ꝙ licet non debeat iudicari fornicaria, tn̄ in ueritate peccabat: qa hæc dubitatio iuris non tollit peccatum, cum in iure naturali maximè errare non liceat: sed à pœna cōstitutionis humanæ bn̄ excusat, quæ non extendit ultra intentionem constōnis, quæ ut fuisse talis, & debuisse esse, ꝙ si aliqs faceret ɔ constōnē ecclesiæ, quæ est, ꝙ cōiuges caueant ab.adulteriis, & si aliqs commiserit adulteriū licitè dimittit, qđ sic intelligi debet, si ɔmiserit adulteriū declaratū p ɔstōnes ecclesiæ: sed cū in hoc casu non esset diffinitiuū, qnimò apud sapiētes plurimū dubitabatur &c. plures in eā opinionē declinabāt, ꝙ esset mr̄imonium cū scđo, & ita non debet iudicari adultera, uel peccare. Vel melius dicamus, non debet iudicari teneri pœna decr. quæ dicit, ꝙ fornicaria punit in separatione tori, si alij tanquam marito commiscetur, cum hoc ante cōstitutionem istam non esset diffinitū à iure, & probabilē cām dubitationis haberet. nam & quidam dicebant, ꝙ maleficiatus, si ɔxit cum alia, nō fornicat, nec peccat, ut in se.c. dicere uidetur, licet non dicat. Sic p siłe eis uidebat de arta, ꝙ nubendo altori nec fornicatur, nec peccat. ecclesia tn̄ ɔrium statuit, ꝙ non posset cū alio ɔhere de cætero, s. post hanc decr. sed si ante hanc constitutionem sic separata p probabilem errorem nupsisset alij non tenet matrimonium cum scđo, & restituenda est primo. nec obstat exceptio adulterij, cū ante hanc constitutionē nō erat prohibitū, nec pceptū, ꝙ restitueret primo uiro, si post sn̄iam primo uiro apta fieret.

7 †Cōparat.n.arta frigido, cū frigiditas & artatio sint naturalia uitia, & nō maleficiatio, qđ est unum uitiū accidētale. ¶ Et debes scire, ꝙ post constitutionem istam, si postea ēt mr̄imonialr̄ alij adhæreret, fornicaret, & peccaret. & pœna fornicaria teneret, cū iā hmōi dubitatio hic sit soluta. Et hāc opi. probat prima sn̄ia, quam tulit diuortij inter hanc mulierem & ēm maritum, ita, ꝙ nec quæri fecit, an esset apta primo, necne, uel utrum uir secundus in genitalib. siłis esset primo, necne. scđo pbat uera, qa impedimētū eius remotū fuit absq; corporali piculo & sine diuino miraculo. hoc ēt ipsum pbat finis decr. ubi dicit de talib. aūt nō facile est iudicādū, cū finale iudiciū pēdeat ex futuro, & hoc magis placet. [p hæc aūt] .s. ꝙ s̄ dictum est, ꝙ illud impedimentum non erat prope, &c. [per hæc] .i. per sn̄iam, quam tulimus in hoc negocio, in qua non discussimus de corporali periculo neq; de simili uiro, sed tn̄ qa nobis constitit mulierem non artam esse, primo eam sibi restituendam decreuimus. sic ergo de cętero faciendū est: qa non est curādū de periculo, neq; de similitudine uirorum. hoc placet [idonei] & est r̄ndendum, ꝙ non est idonea, quia per opus humanū absq; corporali piculo nō reddit apta primo. plus placet, ꝙ idonea sit, qa ppetuū impedimētum nō habet. unde dicimus, ꝙ separata à uiro pp artationē, si incidatur ēt cū periculo tn̄ priori uiro restituenda est; & hoc satis apparet ex sn̄ia Papæ, licet olim aliter distingueretur [de talibus] .s. de his duab. quæstionibus, s. de diuidendis uxoribus propter artationem mulieris, uel frigiditatem uiri [ex futuro] quia si fuerit apta secundo, reddetur primo, & constat primum matrimonium fuisse.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium si est temporale, non dirimit matrimonium: si uerò est perpetuum, dirimit.*

2 *Potest quis cum una, non autem cum altera esse maleficiatus.*

Literæ uestræ al. hic conuincitur, ꝙ hæc decre.
1 loquitur in maleficiato, † ubi distinguendum est, ꝙ si maleficiū est tpale, non dirimit mr̄imoniū: si uerū est perpetuū, dirimit. 33.q.1. si p sor. & dicimus ppetuū qđ ultra trienniū p exorcismos, & orones non cessat, ut hic. 33.q.1. si per sor. als.n. non uidet esse ppetuū, cū maleficiator illud destruere posset. Item ad hoc, ꝙ maleficiū dirimat mr̄imoniū, necesse est, ꝙ pcesserit. si aūt sequit, nunq̄ dirimit, nec alia impedimenta sequētia. 32.q.7. is q s̄ de eo q cog. ɔsan. ux. suæ discre-
2 tionē, & c tuæ. ¶ † Itē no. ꝙ qs pōt esse maleficiatus cum una, & nō cū altera; uñ nō ur̄, ꝙ pp maleficiū nullū mr̄imonium separandum sit, &c. 33.q.1. sic per sor. non tenet. sed hæc decr. loquitur in frigido naturalr̄. hæc uerba hic ɔdicunt: quia licet ipse diceret se habere potentiā cognoscendi aliam, non credit sibi, nec uerum erat [triennium] nota, ꝙ non est necesse hic trienniū spāłr assignari, pp experientiam copulæ coniugalis: sed sufficit quomodocūq; simul triennio cohabitauerint.

De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. Rubr.

Literæ, quas [ɔsentiēte] expressè. iā iūe sicut p quēlibet pcuratorē spōsalia ɔhi pn̄t. ff. de spō. l. ul. p fratrē. alr̄ aūt nisi ɔsenserit soror, nō crederē ɔcta spōsalia, ar. ɔ s̄. de spōsa. ad id. sed expone, ut ibi. P̄r aūt noie filiorū tā constitutorū in ptāte, q̄ emācipatorū spōsalia ɔhere pōt, dūmō psens sit filius, & non ɔdicat. ff. de spōsa sed quæ, & l. seq. C. de nu [. uiduæ. s̄. de sponsa. sicut, & e. dilectus. j̄. e. proxi. in tutore autem secus. C. de spōsa. si pater [firmasset] ista sunt sponsalia de futuro [amplexata] no. p signa ɔsensus nō psumi spōsalia fieri mr̄imoniū, nisi cognosceret eā. s̄. de spō. is q, & no. de despō. impu. attestationes [cōtēptibile] ar. multa faciēda p uilitate uitanda. 34. dist. c. 1. 8. q. 1. sciendum. 11. q. 3. si autem, & e. quid ergo.

EX literis [desponsasset] hæc fuerūt spōsalia de futuro [interdixit] no. iudicem, a quo appellatū est, post appellationem suam interdicta ponere, & super eo de quo appellatum est. & est hoc propter periculū animarum, & in fauorem matrimonij. aliter.n. secus, nisi in casibus, quos nota. supra de appel. cum teneamur. alij contradicunt, quòd hoc tantum potest ordinarius, & non delegatus.

Qui filij sint legitimi. Rubr.

Conquestus noīe uxoris suæ [mulierē] natā, s. ante spō. [exhæredare] iste patruus nō exhæredabat istā mulierē sua hrditate: qa ibi nō haberet locū exhæredatio, sed uolebat eā priuare

priuare hæreditate sui patris, qui erat suus frater [hæreditate] ꝫ eo. lator, & e. causam, ℥. so. hic nõ iubet Papa hæreditatem restitui, sed prohibet eam turbari ea occasione, ꝙ sit illegitimus, infra eo. perlatum: uel erat de iurisdictione ecclesiæ temporali.

CVm inter I. [eorum] scilicet filiorum [bona] non intromittit se de hæreditate, uel de bonis secularibus, sed iudicat quid iuris sit.

TRansmissæ. [paternam] & sic uſ, ꝙ pater esset defunctus, C. de hære. uen. l. j. Sed ℥ uidetur, ubi dicit, stãdum uerbo patris; vnde dicunt quidam eum uiuere naturalr, licet mortuus esset ciuiliter, puta factus monachus. Vel dic standum uerbo uiri, qđ publicè ꝓfe rebat, dum uiuebat [negabãt] dum uiuebãt: uel modò facti monachi. [Negabant] hæc ꝯfessio filio non ꝑiudicat nisi quo ad ꝑsumptionem, ff. de inoffi. test. si instituta, §. ij sicut nec è cõuerso ꝓdesset, si confiterentur eum filium, C. de ꝓba. non nudis. confitemur tñ, ꝙ ex sola nominatione præsumitur, nisi probetur contrarium, dũmodò nominatio fiat cum aliqua solẽnitate, ar. ff. de proba. l. ult. [quæstio] s. de legitimitate ipsius pueri, [uiri] his creditur propter affectionem, ff. de appella. l. ult. C. de cura. fu. l. ult. supra de præsumpt. afferte [filium] qualiter hoc probare possit, no. supra de filiis presb. Michael.

CAusam quæ. [de Anel.] nomen est mulieris, non loci, uel generis, & construitur intransitiuè cũ ablatiuo, q sequitur, s. muliere. [sui] .i. ipsius Ancl. [ipsa] Anel. [eo] A ano [uirum] .s. ꝑdictum Alanum [vxor] hic enim R. Anel. uxorem Alani desponsauit, & ex ea suscepit Agatham.

LAtor præsentium [H.] patruum ipsius R. [tractatum] tutius est, ꝙ in hac præiudiciali detur libellus, & fiat lit. contest. tñ crederem ꝓcessum tenere, etiã si litis ꝯt. non fiat, nec alius ordo iudiciarius seruet, & est ea rõ: qa in modum exceptionis fuit ꝓpositum corã primo iudice. sed qa ipse non potuit cognoscere, trãslata est hæc cognitio ad iudicium ecclesiast. sicut ergo iudex secularis de ea exceptione cognouisset, lite non contest. & sine ordine iudiciorum, & ita iudex ecclesiasticus, qui in locum eius succedit quãtum ad cognitionem exceptionis: alij tñ aliter [duos menses.] No. certum terminum præfigi agentibus C. de inge. ma. diffamari, ꝫ de purga. ca. ad audientiam. [Duos menses] C. ut nemo inui. agere, uel ac. l. j. sol. illud regulare est, & est arg ad hoc, C. de pign. creditor, licet ita debeat facere, causa cognita potest statuere, ut infra certum tẽpus agat actor: alioquin ulterius non audietur, & hoc maximè tunc, s. qñ uidet iudex actorem expectare tẽpus agendi, quo reus probationibus careat, uel alicuius famam, uel statum grauari, C. de inge. ma. diffamari, supra ut lit. non contest. quoniam §. j. C. de re. pig. si eo. & ubicũque in modum exceptionis, uel præiudicialis actio proponitur, ut hic, & infra eo. lator, supra de ord. cog. tuam. aliter autem reus non cogitur se defendere, sed sufficit, ꝙ mittatur actor in possessionem, & fiat uenditio, & indicatur mulcta, ff. de bo. auct. iud pos. l. pen. ff. si quis ius di. non obtẽ. l. j. generale tñ est, ꝙ periculum imminet quibusdam personis, si non agant, uel defendant, ut tutoribus, & cur. C. ar. tu. nola, C. de admin. tut. tutoribus, & gestoribus negotiorum, si possint agere sine mandato, ff. de neg. gest. sin aũt, uideamus, & procuratoribus, C. mandati, procuratorem, & administratoribus ciuitatis, ff. de admin. re. ad ci. perti. l. ult. §. iiij. & l. pen. hæredi uindicanti necem defuncti, C. ad fil. l. j. & actori citato reo, uel lit. cõ test. ¶ H. No. ꝙ obiiciens illegitimitatem eam probare debet, & per consequens nõ esse mrimonii inter parentes. arg. ℥. 30. q. 5. alter. sed & hoc est, & illud est in fauorem mrimonij: hoc, ut filij sint legitimi: illud, ut clandestina matrimonia fiant manifesta: uel ideò incũbit ei probatio, quia præsumptiones erant pro matrimonio, ar. supra de præsump. illud [intmetis] supra eo. c. j ℥. sol. ibi. [natiuitatis] de qua, licet sit incidẽs, secularis iudex cognoscere non põt: quia cã spiritualis est, ꝫ de or. cog. tuam: alias autem secus, C. de iud. quotiens, C. de ord. iudi. adite.

TAnta est [præsentium] idem est, & si non fuit machinatus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis non iudicat de illegitimitate.*

2 *An pronunciatus illegitimus, si posteà agat contra eum, qui obtinuit in causa illegitimitatis, super hæreditate, uel aliis, quæ illegitimus petere non potest, obest except. rei iud. uel doli, & unde multas quæstiones circa huiusmodi legitimitatem, & illegitimitatem usque ad nu. 11.*

11 *Defensor non admittitur in causa matrimoniali.*

CAusam quæ inter [agitari] ut propter hoc mater R. & ipse R. ab hæreditate aui expellanẽ, ut in sequẽtibus patet [inferi] minus benefe[extitit] ipse R. [principalis] .s an mater dicti R. sit de legitimo matrimonio nata. [† Iudicare] licet iudex ecclesiast. de hæreditate non debeat iudicare, tñ pendẽte legitimitatis qõne nõ permittitur procedere iudex secularis, ꝫ eo. c. j. de ord. cog. tuam. ¶ † Et ex hoc colligiẽ, ꝙ si pronunciatus illegitimus postea agat contra eum, qui obtinuit in causa illegitimitatis, super hæreditate, uel aliis, quæ illegitimus petere non potest, ꝙ obstabit exceptio rei iud. uel doli, ꝫ eo. c. proxi. imò uidetur, ꝙ hæc sententia, qua pronunciatur illegitimus, ius faciat inter omnes, arg. infra eo. peruenit, & cap. per tuas, & ff. de liber. agn. l. j. § fin. & l. ij. secus, si reus absolueretur ab impetitione actoris. de hac enim dici posset, ꝙ non facit ius inter omnes. ¶ Vnde, si procurator, uel defensor illius, qui impetebatur de illegitimitate, satisdedit rem ratam dominum habiturũ, fuerit condẽnatus quasi procurator, uel defensor, & posteà dominus petat se ꝓnunciari legitimum: quia non obstat ei sententia lata contra eum, quia fine eius mãdato agebat, uel defendebat, statim ille, pro quo lata fuit sententia, potest agere ex stipulatione contra defensorem ad impendia litis, & etiam quãtum interfuit eius nõ iterum agi causam de illegitimitate eius, ff. rem ra. hab. procurator. §. si quis.

3 ¶ † Sed nũquid dices huiusmodi interesse: quia hic per secundam sentẽtiam legitimus iudicatus potest ab eo, qui uic t in causa illegitimitatis, euincere hæreditatẽ? dicunt quidam ꝙ nõ: quia adhuc non interest eius, nisi prius euincatur hereditas: quia etiam forte hæreditatem defendet, & si sit illegitimus. Item licet obtinuerit se ꝓnunciari legitimum: tñ per hoc non sequitur, ꝙ petiturus sit hæreditatem, forte qa abominatur lites. Item põt timere, ꝙ si iterum ageret, obstaret exceptio illegitimitatis: hoc tñ non credo, ꝙ ex quo iudicatus est legitimus, posteà non potest ℥ excipi de illegitimitate, ff. rem ra. ha. quotiẽs, ꝫ de ord. cog. tuam. sed hoc bene uſ, ꝙ si in ueritate prædictus homo iudicatus legitimus, obtineat hæreditatem ab eo, qui obtinuit super illegitimitate contra defensorem, ꝙ potest agere

ex stipul. contra defensorem, & quod potest agere ad æstimationem hæreditatis, & interim si secundò & tertiò etiam plures hæreditates, uel alia bona euincat ab eo, qui non posset euincere, si seruaret sententiam contra defensorem latam, iterum & iterum ex stipulatu aget contra eũdem defensorem, arg. ff. ad l. Aquil. inde Neratius, §. uisum, ar. prædictæ l. ff. rem ra. ha. procurator, & eo. tit. l. ij.
4 ¶ † Sed obiicies, quod hoc non põt procedere: quia si succubuit in hæreditate, non interest eius, si restituat alienum. 54. dist. generalis; & si obtinuit, ad nihil tenetur. Sed rñdeo, quia tunc agit ad pœnam, siue succũbat, siue uincat: quia statim non ratum habet, cõmittitur stipulatio non solum in id, qđ amittit, sed etiã in id, qđ lucrari potuit, si snĩam habuisset ratam, ff. rem ra. ha. procurator, §. fin. & l. quo. §. fi. & l. si cõmissa. nos autem licet hoc fateamur uerum interesse, tñ sciri non potest, nisi prius condẽnetur. Item no. quod non semp, nec indifferenter quis admittendus est, ut petat se pronunciari legitimum; nec aduersarius, ut petat aliquem pronunciari illegitimum: sed tunc ista rectè petũtur, cum agitur de bonis, uel de dignitatibus ecclesiasticis, & qđ illegitimitatis incidit, ut hic, supra cap. lator, supra de
5 ord. cog. tuam. ¶ † Item hæc rectè petuntur etiam, si aliqua iusta causa subsit; puta cum habeatur legitimus, aliqui eum de illegitimitate diffamant. Et sic potest quis plures iustas causas inuenire, arg. C. de inge. ma. diffamari, C. de re. pig. si eo, ff. de cu. bo. dan. l. j ff. ex quibus cau. ma. in integ. sed & si, ff. de adop. l. mancipiorum, & l. si optio, §. fin. ff. de adul. constante, arg. contra, ff. de re iudi. qui in alterius. & tamen facilius admittitur quis dicens se pronunciari legitimum, q̃ aduersarius petens eum pronũciari illegitimum: quia primum fauorabile est; hoc odiosum. nec debet quis admitti ad petẽdum se pronũciari legitimum, nisi habeat contradictorem & iustum; & si admissus fuerit, nulla est sententia, arg. ff. de coll. denun. sed si habet iustum contradictorem, tũc admitteretur ad probandum de sua legitimitate, ar. ff. de proba. circa. tñ sententia inter aliquos lata ignorãtibus non præiudicat, ff de mino. l. etiam. & dicũt quidam & fortè non malè, quod licet sententia filiationis faciat ius inter eos, ff. de libe. agn. l. j. & §. ult. & l. seq. non tñ idem est in causa legitimitatis: quia hoc nusquam
6 inuenitur expressum. ¶ † Qui autem uult se assecurare super sua legitimitate, nec habet aduersarium, procedat ẜm tenorem decr. supra de testi. significauit. & dicunt quidam, quod nusquã potest quis petere se pronunciari legitimum, nisi primo eius aduersarius, cuius interest, propter successionem, uel aliam causam agat, uel excipiat, uel alias petat eum pronunciari illegitimum, & sic loquitur, supra de ord. cog. tuam, ar. supra eo. causam, infra eo. peruenit. alij tñ adiiciũt & alium casum, s. si agat ꝯ diffamatores, C. de inge. ma. diffamari. alij tñ dicunt, quod per illam l. non potest petere ꝯ diffamatores, nisi ut cessent ab eius diffamatione, nec admittetur, quod
7 pronuncietur legitimus. ¶ † Sed quæres, si uno petente aliquem pronunciari illegitimum, & ipso probante, quod sit legitimus, pronuncietur legitimus, & ab alio postea eodem modo agente pronuncietur illegitimus, nunquid ualebit sententia cõtra res prius iud. uel quæ sententia ualebit? Rñ. utraque ualet inter eos, inter quos lata est. nec est cõtra res prius indicatas, cum aliæ sint personæ in secunda cã, aliæ in prima, ff. de excep. rei iudi. & an eadem. si enim inter easdem esset, non teneret secunda sententia. & dicimus generaliter, quod siue quis petat eum pronunciari illegitimum, quæcũque sententia feratur legitimitatis, siue illegitimitatis, & etiam si illegitimitatis sententia feratur præsente eo, qui pronũciatur illegitimus, nec appellante; tñ huiusmodi sententia non obest ei, nisi contra illos, qui fuerunt in iudicio. Vnde si posteà contra alios petat hæreditatem,
8 non obstabit sibi exceptio rei iudicatæ. ¶ † Et idem uidetur, quod si aliquis petit in integ. rest. ut abstineret ab hæreditate, & denegata est sibi in integ. rest. per sentẽtiam, si postea agitur contra eundem ab alio, & iterum petat in integ. resti. ut abstineat ab eadem hæreditate, non obstabit sibi exceptio rei iud. Et idem uidetur, quod si instrumentum pronunciatum est falsum Petro agente, si posteà alius producat idem instrumentum, non præiudicat ei sententia inter alios, & in alia cã lata. & si quis uellet dicere contra, non potest respondere. l. j. ff. de excep. rei iud. si à te, & l. cum quæritur, & l. seq. & idem uĩ, si agente A. cõtra R. decernatur unum prædium alteri debere seruitutem, licet ar. sit contra. ff. de neg. gest. qa negotia, §. fin. hoc fallit, cum agitur in modum denunciationis impugnationis electionis, uel exceptionis cõtra electionem, ut no. supra de elect. cum dile. & c. statuimus. Item fallit in cã inquisitionis, ĩ de collu. dete. cap. fin. argu. contra. infra de pur. ca. ex tuarum. tamen quando inquiritur de iuribus debent uocari omnes, quos res tangit; & nisi uocẽtur, uel etiam si ignorent, subuenietur eis de facili, ĩ de test. cum olim. C. de bo. uac. l. fin. Item fallit in causa filiationis, ff. de lib. agno. l. j. §. fin. & l. seq. & in querela inoffi. testa. ff. de inof. test. Papinianus, §. si ex causa, & in causa ingenuitatis ex seruitute, ff. de sta. ho. ingenuum, ff. de li. causa diui. secus autem esset, si ex libertinitate diceret se ingenuum, ff. de ingenu. l. j. & l. patronum. Item fallit in criminali causa quo ad aliquid, ff. de præuaric. præuaricationis, & in populari, ff. de iureiur. eum, §. in po. & in crimine adulterij, ff. de adul denunciasse, §. quæritur, & in appellationibus, supra de appel. ca. fin. & in seruitutibus, ff. si ser. uin. loci, §. si fundum. Item inoffi. testamento, ff. de inoffi. testa posthu. §. si qu s. Item fallit in singularibus & in uniuersalibus successorib. ff. de exc. rei iud. si à te,
9 & l. & an eadem exceptio rei iudi. ¶ † Sed quæres, quo feratur sententia in hac causa, cum agitur per defensorẽ? nam contra dominum ferri non potest, C. de sen. & interloc. l. j Item contra defensorem non uĩ posse concipi uerba de illegitimitate. quidam dixerunt hanc causam nõ posse agi per defensorem sine mandato. sed contrarium expressè apparet, C. de satisd. lib. j. & ff. rẽ ra. ha. si procurator, §. si quis, ubi expressè dicitur, quod causa status agitur p procuratorem sine mandato. nos aũt dicimus snĩam ferendam contra defensorem, ff. de his, quod no. infa. furti. § j. & l. seruus. ff. de neg. gest. liberta. §. fi. Et formabitur sic sentẽtia. Cum A. ageret ꝯ B. procuratorem, uel defensorem C. procuratorio, uel defensorio noĩe ipsius C. super illegitimitate ipsius C. nos uisis & auditis rõnibus partium B procuratorem, uel defensorem C. pdicto A. condẽnamus non. n. est necesse exprimi causam in sententia, ĩ de re iud. sicut nobis. nec tñ reputemus iniustam snĩam, si causam adiiceret hanc, s. cum illegitimitas B. bene sit pbata; & per hmõi snĩam non pıudicaretur B. de iure, licet de facto esset ei infamia, ĩ de or. cog. cum dile. in fi. & sic dicimus formãdas sñias, si de futuro, uel de aliis ꝯsimilibus agiẗ p defensorem. ¶ Qualiter aũt sit formanda ꝯ procuratorem cũ mandato, uel contra dñm, no supra de elec. querelam.
10 ¶ † Item no. quod in his & in similibus melius est certã pœnam stipulari, ad quã statim, cum ratum nõ habet, agi potest

pōt.ff.rem ra.ha.quot.§.fi.& l.fi procurator.§.si qs, & ff.de præto.stipu.l.fi.q̄ stipulari sine pœna, ubi oportet expectari ante, q̄ agi possit, φ interfit, & ubi semper mi-
11 nimum æstimabitur, ut ff.de præto.sti.l.fi. ¶† In cā aūt mr̄imonij, non est admittendus desensor nisi in eo casu ubi procederetur in causa, si defensor non existeret. C. de procu.exigendi. nec tunc debet satisdare rem ra.ha. do.quæ metu pœnæ non fit tenenda s̄ de spou.Gemma. Nec formabitur sententia in personam procuratoris, uel defensoris, sed principalis personæ, licet semper fuerit absens, arg.j.cod.cap.proxi.j.qui ma.accu.pos. cap.1. In inquisitione.n.bene admittimus procuratorem.[incogruum] prima facie. Ius tamen agi permittit post mortem ratione bonorum] s̄.eo.lator:C.ne de sta tu defun.l.j. & l.quamuis.

PErlatum [trāsiisset] cā uagādi [querelam] accusans mr̄imonium de parentela, uel dicens maritum mortuum [parentibus] hoc debuit facere, cum maliciosè se absentasset, uel sine causa uagaretur [mandauit] hoc licuit, quia uagabatur [promulgauit] s̄.ut lit.non con te.quoniam, contra.so.ibi.

QVod nobis.

DEferente [eos] qui contrahere prohibentur impediente publicæ honestatis iustitia [permissione].i. dispensatione, uel.i.tolerantia.

PEruenit [uiduā] hi bn̄ ɔfitebant mr̄imoniū in facie ecclesiæ fuisse ɔ̄ctum: sed dicebant inter eos fuisse impedimentum consanguinitatis, uel aliud hmōi; & iō nō sunt audiēdi: qa hoc probato nō iudicarent filij ille gitimi. sed si diceret non fuisse mr̄imonium ɔ̄ctū inter eos in facie ecclesiæ, sed more adulterorum uixisse, bene essent audiendi, ut hic.s̄.e.causam. ¶Itē audiendi essent, si dicerent coniuges scientibus ambobus cōsanguinitatem matrimonium contraxisse.j.e.ex tenore. illud etiam dicimus, φ si matrimonium ɔ̄ctum fuit clandestine, & post mortem coniugum dicantur filij illegitimi: quia consanguinei fuerunt parentes, φ post mortem audiendi sunt, ar.hic ubi dicit legitimē.ce.arg.s̄.de clandest.desponsa. cum inhibitio.

PEr tuas literas [firmauit] hæc affirmatio non sufficit, cum facto ɔ̄rium fuerit protestatus, s.accipiendo uxorem, ar.s̄.de ele.cum inter.R.si autem non fieret præiudicium alij mr̄imonio, ualeret, confessio, ut pro uxore eā haberet.ff.ad l.Aquil. proinde.§ ult.& eodē modo hæc confessio prodesset filiis, si aliis filiis præiudicium non fieret. nec ob.decr.s̄.e.transmissæ.φ ibi nō dicitur, φ crederetur, si diceret eū filium, sed creditur, qa dicebant non filium, & per hanc confessionem non fiebat aliis præiudicium, imò proficiebat eis.posset tn̄ dici φ ubi non fieret p̄iudicium filiis alterius mr̄imonij, staretur confessioni eorum; & sic loquitur.s̄.e.transmissæ: secus, si fieret præiudiciū filiis alterius matrimonij; & sic loquit hæc decr. Item illa decr.nihil ɔ̄riū fecit, uel dixit ille, de quo loquitur illa decr. [filiū] hoc ipso, φ naturalem filiū appellat in testamento, intellige legitimare eum.C.de natu.li.aut.siquidem, nisi alios habeat legitimos filios, in aut.quo.na.effi.le.§.si uerò non [patrimonium] hoc non obstante, φ esset illegitimus. nam alias nō pertinet de hæreditate ad ecclesiam.s̄.eo. causam.& c.lator [decretali] s̄.e.transmissæ [denegasse] & ideo sola confessio patris non sufficeret pro legitimatione filij [dissimili] quia ibi contra filium testabantur partes. tamen illa decr.pro iustitia sententiæ facit: uel aliter, ut no.in gl.hæc affirmatio.

SVMMARIVM.

1 *Debet legitimatus per episcopum effugere obiectionem illegitimæ natiuitatis.*

2 *Legitimatus restitutus famæ, quæ possit facere.*

3 *Legitimatus à iudice seculari non intelligitur ad ordines legitimatus.*

PEr vener.f.n. [habeat] allegādo loquit. alij dicūt, φ sic fit in ueritate [uerisimilius] non tn̄ uerū est.nā tpalia & spūalia diuersa sunt, & diuersos iudices habēt, nec unus iudex habet se intromittere de ptinētib.ad aliū: licet se adinuicē iuuare debēt. 96.dist.cum ad.s̄.c.lator.s̄.de iudi.nouit [p̄sitem] sm ar. [eximit] & sic hoc ipso, φ dispensatur, ut possit fieri eps, uidetur φ sit factus legitimus ē t quo ad actus legi
1 timos [p̄terea] tertium ar. † euaderet] sic & legitimatus per epm̄ effugere debet obiectionem illegitimæ natiuitatis quo ad actus legitimos, s.φ possit esse iudex & testis in paterna autem hæreditate, uel aliis non intelligitur dispensatum: quia non potest dispensare, sicut
2 nec iudicare.s̄ e.lator, & c.cām ¶†Et no.φ legitimatus restitutus famæ &c.cum quo dispensatum est in quocūq; foro siue ecclesiastico, siue ciuili, & omnia ea facere poterit, super quibus habuit potestatem, qui legitimauit, uel famæ restituit, uel dispensauit. poterit.n.in omni iudicio testimonium reddere, & ad ciuiles honores uocari, nisi sint talia, quæ sint in alterius præiudicium, uerbi gratia. nam legitimatus ab uno principe, uel ciuitate, uel primate non obtinebit ab intestato bona hæreditaria in terra, quæ non sit subdita legitimanti: quia sic auferuntur bona consanguineis defuncti, uel
3 fisco, qui debet succedere ab intestato. ¶†Item legitimatus à iudice seculari non intelligitur ad ordines legitimatus: quia promoueri ad ordines non est de iurisdictione laici iudicis. sed si unus eps legitimet aliquē, etiam in alia diœcesi poterit promoueri: quia dispensare in ordinibus cum illegitimo de iurisdictione est cuiusq; epi, & φ illegitimus promoueatur, in nullius præiudicium est. In aliis autem, in quibus non est necessaria legitimatio, famæ restitutio, uel dispensatio, ut si seruus daretur libertati, uel obligatus nexibus curiæ absoluatur, ēt si laicus hoc faciat, tn̄ ad ordines aptus redditur.54.dist.c.1.2.& 3.& 4.& seq.rō diuersitatis est: quia in his non est delictum, uel defectus, nec est in p̄diċtis necessaria aliqua dispensatio. alij autem dicunt, φ etiam dispensare potest, & intelligitur dispensatum in hæreditate hoc ipso, φ dispensat in ordine. ¶Sed contra utrāq; opī.uidetur, cum non habet iurisdictionem cōtentiosam in temporalibus.s̄.de ap.si duobus.sed dic, licet non habeat iurisdictionem contentiosam, tamen uoluntariam exercere potest.ff.de off.procon.l.ij. Item aliqua conceduntur per consequentiam & indirectè, quæ non conceduntur directè.4.q.3.§.serui.ff.de pac. tutorum, & de his no.10.dist.c.1. [uidebat] quartū ar. [recognoscat] de facto. nam de iure subest Imperatori Romano, ut quidam dicunt nos ɔ̄: imò Papæ [tanq̄] agit.n.aliqū quis ut alius.23.q.4.si ecclesia.ff.quod cū uniuer.item §.j.sic etiā habes in adoptione.ff.de adop. si consul. melius tamen facit, si abstinet à talibus.ff.de off.procon.nec quicquam arg.contra.s̄.de insti.c.nit.s̄. de iure pat.per uestras [rationibus] soluit [sanguinē] inter sang.& sang. indicium uariatur, cum accusator dicit probatum est, φ reus sanguinem fudit, i.aliquod crimen ciuile commisit, puta homicidium, adulteriū, furtum,

ſurtum, uel aliquod aliud ſimile [inter lepram & leprā] cum accuſator dicit infectus ea lepra hæreſis. i. alio crimine eccleſiaſtico, puta ſimonia, ſacrilegio, uel conſimili, & recuſatus negat [Inter cauſam & cauſam] cum actor dicit, teneris mihi in centum ex mutuo, uel commodato, uel conſimili ciuili actione: uel etiam teneris mihi ad decimas præſtandas. uel habeo ius patronatus in hac eccleſia, uel alia conſimili actione ciuili, & eccleſiaſtica, reus aūt negat. nam in his omnibus ſi quid difficile, uel ambiguum fuerit. ad ſedem apoſtolicam recurrendum. 18. diſt. multis, ſ. de appe. ut debitus [criminale] idem uult intelligere criminale & ciuile, non diuerſa, & ſic de aliis.

EX tenore. [uidua] tanquam tutrix. C. qñ m. tu. off. ſun. po. l. 2. & auth. matri. procuratrix aūt eſſe nō poteſt & ꝓ filio, arg. ff de ꝓcu. fœminas. [In facie] ad hoc ut fiat in facie eccleſiæ neceſſe eſt ſeruari ſolēnitatem, q̇ eſt. ſ. de clandeſti. deſpon. c. ſi. alii dicunt in facie eccleſiæ fieri, ſi uocatis amicis publice nullius ꝓcurata cellatione ꝯxit [ignorantia] ſufficit. n. alterius coniugū ignorantia ad hoc, ut ſit legitimus, & ut etiam ſcienti ſuccedat, ſupra de clande. deſpon. c. iij.

GAudemus.

Qui matrimonium accuſare poſſunt. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Quis poſſit matrimonium accuſare.*
2 *Poteſt in cauſa matrimoniali idem eſſe accuſator, & teſtis.*

1 ¶†ACCVSARE] Quilibet pōt accuſare mr̄imonium ad plenū diuortium celebrandum, non tñ quo ad torū, ubi non admittitur niſi maritus. ſed in primo caſu extraneis præferuntur illi, qui ſunt de conſanguinitate cōiugum. ſed & inter extraneos ꝓferunt̄ antiquiores, & maturiores uicini. 35. q. 7. c. j. & 13. ȷ̄ e. uſ̄ nobis. Item tā maritus, q̄ uxor accuſare pōt. ȷ̄. c. inſuper. Oēs aūt, qui repellunt̄ ab accuſatione, uel qui ad eam admittunt̄, & à teſtimonio repelluntur & ad illud admittuntur, dūmō aliter ſint idonei ad teſtimonium reddendum. Item no. ꝙ ſi fiat accuſatio ſuper fœdere mr̄imonij, puta qa dicā inter coniuges conſanguinitatem, uel aliud impedimentum eſſe, ꝓceditur lite non conte. ſecus, ſi ꝑ adulterium ad tori ſeparationem ageretur. ſ. ut lite nō conte.
2 ad hæc, & c. qm̄ fre. § porro. ¶†Item in cā matrimoniali idem pōt eſſe accuſator, & teſtis. 35. q. 6. ſi duo, & c. ep̄s in fi. & c. de parentela. ſ. de teſti. cog. præterea. & hoc intelligit̄ uerū, ubi q̇ritur de conſanguinitate coniugum, ut in pal. c. melius. ſ. de conſan. & affi. c. j. ſ. de ſpon. cum in tua nam tunc ēt conſanguinei, & ēt uir pōt eſſe accuſator, & teſtis. ȷ̄. c. uſ̄. ſ. de teſt. ſuꝑ eo, in fi. Sed ſi nō qnæretur de conſanguinitate, ſed de alio impedimento, ſ. an ꝯxiſſet cum ea, tunc licet cōiter ſit admittenda mr̄, & pater ad accuſationē & teſtimoniū tñ in hoc caſu ꝑ potentiam alterius coniugum haberet̄ ſuſpectū teſtimonium alicuius, repelleretur à teſtimonio, ſed nō ab accuſatione ſ. de teſt. ſuꝑ eo. in prin. & idem vr̄, ſi dr̄ primō cū alio ꝯxiſſe. uel uotū emiſiſſe, uel de ſpūali cognatione. nā in his ſi ſuſpectū ſit alicuius teſtimoniū, repellam eum, arg. ꝓrædictæ decre. ſuper eo. In conſanguinitate autē eſt ſpeciale. ꝙ nunquam ualet ſuſpectum habere teſtimonium alicuius conſanguineorum.

RElatum [nequiuerit]. ſ. ut lit. non conte. quoniam. §. quod ſi forſan contra ſolu. ibi.

ANobis eſt [Accuſatione]. ꝓprius dr̄ denunciatio, q̄ accuſatio: qa ad hoc intentio dirigi debet accuſantis, ut à peccato ceſſent, nec aliter intereſt, & melius eſt, ꝙ fiat in ſcriptis, q̄ ſine ſcriptis. ſ. de reſt. in integ. ex literis. ꝓſtat̄ ēt iurm̄ de ueritate dicenda in mr̄imonio aūt ꝯhendo non habet locū accuſatio, ſed denunciatio tm̄. ſ. de deſpon. impu. ad diſſoluendum [conſcripto] nō enim poteſt per chartam accuſare. 2. q. 8. præſcripta, nec teſtificari, ſuprà de coha. cle. tua.

VIdetur nobis [dirimēdū] ꝑ conſanguinitatē, uel ꝙ aliud mr̄imoniū prius ꝯxerant [admittantur] repete quæ diximus. ſ. de teſt. ſuper eo intereſſe] ſponſalibus contrahendis [leges] ſecus ſecundum canones.

IN ſuper adieciſti. [Cognita] ſine coactione: alias ſecus.

SIgnificante [Ab accuſatione] forte gñale eſt, ut nullus admittat̄ ad accuſationē, ſi conſtat, ꝙ mala intentione ducitur. uel forte habet tantum locum in denunciatione, ubi neceſſe eſt, ꝙ denunciator ſit ſine crimine. 3. q. 7. in grauibus. matrimonium. n. nō proprie dr̄ accuſari niſi ab uxore. nā cum non ſit publicum crimen, non admittitur, niſi quorum intereſt. ſed denunciari dr̄ crimen, in quo manet, ar. ȷ̄. c. proxi. ſuprà de deſpon. impu. ad diſſoluendum. Sed quæres, nunquid neceſſe eſt præcedere monitionem, alibi no.

CVm in tua. [prodierit] nec ipſe nec alius: qa ēt ſi alius mr̄imonium accuſaſſet, tūc ſcd̄s nullo mō eſſet admittendus, niſi in caſibus, q no. ſ. de ele. cum dilecti [Banni] qui ſunt, ut quicunque ſcit aliquod impedimētum, intra certū tp̄s ueniat, & dicat. ſ. de clande. deſpon. c. 3. ſi aūt non ſit ꝓfixus terminus debet uenire infra modicū tp̄s, qđ tñ eſt, cū quodam temperamento intelligēdū ff. de ſolu. ꝙ dñis ff. ex quib. cau. ma. ab hoſtibus. §. ult. & hæc ꝙ ulterius accuſare non poſſit, uera ſunt, qñ poſt ꝯctum mr̄imonium & poſt terminum trāſactum uolunt accuſare. Sed qd ſi añ ꝯctum matrimoniū ſed poſt terminū tranſactū uelint accuſare? itē qd ſi dictū ſit in banno, ꝙ ultra terminū non audietur? Rñ. ſi ſic dictū ſit, audiendus eſt añ ꝯctū matrimonium, ar. opt. ff. de ope. leg. l. mācipiorū, & l. ſi opt §. ult. poſt ꝯtractū āt non debet audiri, ut hic, ar. ſ. qui filij ſint leg. lator. C. de re ꝑig. ſi eo. C. ut ſe ab hære. auctē. ibi poſita. qdā tñ dicūt ſñiam hanc. ſ. ꝙ nullus de cetero ꝯ illud matrimonium nō audiatur neceſſariā ad hoc, ut non audiat̄, ar. C. de inge. ma. diffamari. ſed rñ. ibi ſñiam neceſſariā eſſe & ad hoc prodeſſe, ut ēt ſi matrimonium non ſequatur, tñ poſt ſñiam non audietur: ſecus aūt, ſi non eſſet lata ſñia, ut ſupra dictum eſt. ¶ Itē hæc habēt locū. ſ. ꝙ poſt interdictum agere non poſſit, ubi per decretum prohibeatur ab agendo, uel accuſando, uel conſimilibus. ſecus, ſi per decretum imponeretur ei, ut duplum, uel quadruplum ſolueret, ſi aliquid non faceret. nā tunc etiam ſi contrafecerit, non incurrit pœnam. C. commi. uel epiſ. & pro l. interlocutio. C. de ſenten. & interlo. ex ſtipul. niſi in caſu ſpeciali. ff. de admini. tuto. tutor. §. ſi deponi, niſi forte cum cauſæ cognitione decreta eſſent interpoſita: quia tunc omnimodo ſeruanda eſſent C. commi. uel epiſ. & per l. ea quæ. ultra terminū autem poſitum à lege nullatenus licet aliquid proponere. C. de adul. ob commiſſa. & eodem mo lo cōtra id quod l. municipali decernitur, uenire non licet. ff. de decre.

decre.ab ord.fa.l.ul.& ẽm hoc non nẽ differentia, siue adiiciatur clausula, siue non.s.si ʒ factum fuerit, non audiatur. ¶ Aliud autem est interdicere aliquid alicui.nã tunc si ʒ factum sit, tenet.ʒ.de ma.contracto ʒ interdic. ecc.ij.nisi adiectum sit, & si contra factum fuerit, non teneat.ʒ.de præben.dilecto habet aũt locum hoc generale edictum, ubicunque plures admittuntur ad agẽdum, uel contradicendum, uel aliquod simile agendum, ut in restitutione, & in matrimonio, in adoptione, & in natalibus.ʒ.qui fi.sint leg.lator.ff.de adop.nam.C.ut ab hære.se absti.aut.ibi posita.& est rõ, quare in talibus proponitur sic generale, quia nescit, quæ certa persona [a] debet citari, sicut de electione actionũ. ff. quo leg.l. ij. §.j.hæc autem decre. Et quod dicit hæc gloss.locum habet ubi nullus præcesserat accusator, quia si præcessisset, etiam si legitime absens & ignorans superuenerit; non tñ audiretur, ut no. ʒ. de elec.cum dile. ¶ Teneris] minor. 14.annis; & forte sufficit, quòd sit doli capax, cum cuilibet, q potest peccare, dictum sit, si peccauerit &c.ij.q.1.si pec.24.q.3.tam sacerdos, 22.q.2.anima. alias autẽ minor non admittitur ad agendum, nisi habeat curatorem, insti.de cura.§.item inuiti [legitima] forte quia tunc probationes non habebat.2.q.7.plerique [præsumatur] 16.di.quod diciti.11.q.2. qui & [repellendus] non solum ab accusatione, sed etiã testimonio, & denunciatione ʒ.de spon.cum in tua nam quod una uia prohibetur, & alia ff.pro so.idemque supra de p cur.tuæ.ff.de condi.inde.quæ sub cõ.ar.contra supra de iureiu. quẽ admodum [ab illis] secus in teste supra testi.licet:alii tamen idẽ dicunt in teste.

a ¶ *Quæ certa persona. Adde Bal.in l.fi. C. de edi.diui Adriani tollendo. Imolam post Inn. in c. fi. de mi. & obe.in c. Alberti.de test. refert & sequitur Fel. in c. cognoscentes, col.7. in prin.supra de consti. & eundem Inn. c.in nostra supra de procura. Bar.in extraua.ad repri. in uer. per edictum, circa fi. Car.in suo consi.74. col.j.circa fi. Ale. de Imo.in consi.106.col. pe.in fi. & fi.in 5.no ta. & ibi cõcor. et ul tra Ale.per Ale. adde in proposito Pe.de Ancha.in consi.270 inci.in primo dubio, in 9.col. & in consi. 292.inc.uidetur prima facie, & d. mem d.Bar.Se. 21.in suo cõ si.inci. quoniam uidendum in 3.col. & ibi alia allegat.quod consilium non habetur in impressis, & Car.in consi.74. in ci.in discussione præmissi articuli, colum. j.uer.in contrarium.*

De diuortijs. Rub.

SI QVA mulier.

QVæsiuit hoc, nisi non excipit de dictis, sed dicẽdis [religione] trahendo eam ad idololatriam [ab infidelitatis] idem est, & si ad aliquod peccatum. hoc c.expone per c.inferius positũ, quanto, & c.gaudemus [traxerit] i.nitatur trahere.

POrrò de conite [& notoria] .i.publica fama aliter autem uix esse posset notorium [separari] debitum autem denegare debebat, licet maritus uxorem dimittere non debeat pro quacunque notoria consanguinitate tñ iudex ubi notorium est quo ad torum restituere non debet, ar. j.c.proxi.ʒ.de resti.spo.literas [restitutionem] agebatur possessorio.

SIgnificasti [postulat] siue possessorio, siue petitorio agatur iuste denegatur ei restitutio, cum esset adulterium sic notorium, qđ inficiari non põt, s. testimoniis testantibus super terram 28.di.priusquam nec hoc dicimus speciale in matrimonio. sed ubicunque est notorium facti actu permanentis, quale est hic, cum filii maneant, qui reddunt notoriam incontinentiam, uel notorium iuris, nunquam facienda est restitutio; & sic potest intelligi.ff.de doli excep.dolo. ¶ Item intelligo hoc, si notorium est iudici, & aliis, uel aliis & non iudici: sed tñ secũ paratas habet probationes, ar.ʒ de rest.spo.literas si neutrum horum esset, sed diffusum terminũ ad probandum peteret, non dicerem denegandam restitutionem. [materiam] mulier autem ad hoc nullo modo induci debet.ff.de adu.l.j §.si pu. ¶ Constaret] no.si mulier petit restitutionem mariti, & maritus excipiat de adulterio notorio, mulier replicet de adulterio uiri, non debet fieri restitutio, nisi & uiri adulteriũ esset notorium, sicut & mulieris. sed si uir non reiecisset mulierem pp notorium adulterium, sed peteret per ecclesiã separari, & exciperet mulier de adulterio uiri, audiendæ essent probationes mulieris super exceptione adulterij nõ notorij.& est ratio diuersitatis, quia primò mulier egit possessorio.unde sicut facilius conceditur, ne admittat exceptio adulterij non notorij, sic & denegatur facilius, ut non audiatur in hoc, ut fiat statim restitutio. sed tñ bene dicimus admittẽdas probationes mulieris. & si probauerit uiri adulterium, fiet restitutio. sed in alio casu, scilicet quãdo uir petit separationem, agitur petitorio; unde de utroque plene recipiuntur probationes.

EX literis [suggestionem] & falso [priuatim] q.d.nõ sententiando, sed consulendo [redire] ar.contra supra c.prox.ibi sol.pp adulterium, quod commisit: quia iam paria crimina mutua compen.

DE illa. Hæc decr. loquitur de illis, quorum alter ad hæresim labitur.& idem credo in duobus infidelibus, quorum alter conuertitur. [Nullatenus] ar. ʒ ʒ.c.proxi.so.ibi ideo uir cogitur eam recipere: qa post sententiam commisit adulteriũ.unde sententia sibi prodesse non debet, cũ fecerit quasi ʒ eam. at hic conuersus post sententiam pro se latam nihil ʒ sententiam fecit. uel idẽ esset in superiori decre.si sñia lata fuisset: sed ibi non fuit lata sñia, licet non sñialiter eis iniunxerit continentiam. ¶ De aliis criminibus, quam hæresi quid dices: puta quia uirum ad latrocinium trahere uolebat, p ecclesiam separatum est matrimonium, ut hic, & ʒ.c. proxi. 28.q.1.idololatria.so.uñ quibusdam, q hæc decre.dicit, idem. alias quia nullam uel uilẽ causam inuenies, quare non sit idem in omnibus? tñ alii dicunt, q p aliis criminibus nunquam est ferenda sñia perpetuæ separationis, sed tm quonsque pœnituerit.& rõ diuersitatis est periculosum hæresis.sed prius dictum, scilicet in principio glo.magis placet dicimus.n.q licet de rigore iuris post absolutionem iudicis non debeat cogi redire, licet etiam qđ bene diffinitum est, non debeat retractari.6.q.4.quod bene: tñ iudex ex officio suo adulterãtem post sententiam redire coget ad adulteram, arg.supra de iureiu.tua nos, & ʒ.e.c.prox.Sed dic, q non facit ʒ sñiam.sñia.n.talis fuit, quia absolutus fuit reus ab impetione mulieris. tunc autem fieret contra sñiam.si mulieri iterum petenti uirum fieret eius restitutio, sed si uir, pro quo lata sententia, repetat mulierem, non fit ʒ sententiam. imo iniquum esset, si ea sñia prodesset, contra quem lata est.ff.de exceptio: rei iudi.euidenter si autem uiro isto accusante mulierem adulteram, lata sit sententia diuortij, quia tunc non potest uir iuste absolui, quia agit, tunc locum habet decre.quamuis iudicem illum crederem prudenter sententiari, qui sic diceret,

Diuortij

Diuortij sententiam inter uos proferimus pp adulterium quandiu uiro accusatori iuste placuerit.

terentur niſi legitimi teſtes,& hoc ſatis uidetur probari ex eo, qđ dicit rurſus ſi crimina ſint ea &c.uſq; minora. excepta.n.crimina alia maiora ſe non habet. Si uerò agaf criminalr, eadẽ dicimus poſſe conſiderari ẽm temperantiã æquitatis, quãuis de facili nõ debeat, qñ criminalr agaf, temperare rigorem iuris.2.q6.7.ſi quis eps,& q.8.c.1.niſi in crimine excepto.ſ.e.tanta. ſi uerò agatur excipiendo, eadem dicimus conſideranda ẽm temperantiam æquitatis. de iure autem non debẽt admitti niſi idonei teſtes.ſ.de teſti.tam literis. alij tñ dicunt ola hæc locum habere tñ in exceptis criminibus,& qñ ciuiliter agitur. uel dic, ꝙ hæc temperantia iuris non eſt in arbitrio iudicis:quia in iure ſcripta eſt: ſed,ſicut hic dr, ſemper eſt in ſimilibus obſeruandum [denuncief] i.ciuilr agatur ſiue inquirendo, ſiue exci-

3 piendo,ſiue denunciando. ¶†Rigorem] qa qñ agit criminaliter, exactiſſimæ probationes requiruntur, & iuris rigor ſeruatur.2.q.7.ſi quis eps. ſi aũt ciuiliter , rigor temperatur.ĩ.e.c.ſi. [regularis] regulares.n.facilius,q̃ ſeculares remouentur ab adminiſtrationibus.ſ. de accu.qualiter.2.in ſi. [excellentioris] colũnæ enim concutiendæ non ſunt, nec honorabiliora membra. ſ.tit.proxi.qualiter.2.45.diſt.cum be atus. [claræ] de hoc no.ſ.de accu.cum.P. [ſcandalo] 23.q.4.cum quiſque, & c.quando [honeſti] hi admittuntur : criminoſi repelluntur.ſ.de teſ.ſuper eo, teſtimonium [emendati] qualiter hi admittuntur, not.de teſ.teſtimonium [eadem] ideſt attendi debet an maiora ſint crimina obiecta teſtibus,q̃ crimina oppoſita accuſatis [malignitatis] qa ſunt conſpiratores, uel inimici.ĩ.e.c. [adminicula] nam forte criminoſi,uel uiles nunquam admitterentur, niſi prius ſubiectĩ q̃onibus.4.q.3.ſi ea.ſed qq̃onibus ſubijci non debent, niſi aliæ præſumptiones præceſſerint [adminicula] quæ hic non habemus.

Sicut ſuis literis &c.¶Ad Colonieñ.] ſed quare non ad capitulum Leodieñ.ſ.de ma.& obe.cum olim ; ſed potes dicere hoc eſſe ꝑ ꝯſuetudinem. ¶Eſt tamen arg.ꝙ apud archiepm ſit hæc poteſtas.71.diſtin. fraternitatem.24.diſt.c.2.ar.ꝯ.ĩ.de hære.ad abolendã. ſ.de ele.ꝙ ſicut.de hoc no.ſ.de ma.& obe.his quæ. uel fortè eccleſia Collo.uacante monaſterio contulit ei autoritatem aminiſtrandi:quia iuſpatronatus habebat in ea.ſ.de off.ord.cum uns [canonum] 1.q.5.c.1.[non præbere] qa ſæpe, qui tacet affirmat.54 diſt.ſi ſeruus. C.de nup.§.ſi ut pro.ſicut ẽ ꝯ.de con.diſt.4.cum paruulis.ff de procu.ſi filius.§.inuitus.ff.de ſer.ru.præ.uia ſi. ff.de re.iu.ls qui tacet.ſ.de ba.c.1.¶Nih.l] hoc intelligo,qñ quis iam electus eſt,& eo inuito,ei q ius habet , datur pecunia,ut confirmetur. nam ſi datetur , ut eligeretur,etiam ſi eo prohibente,non poſſum illum retinere,niſi inimicus dediſſet.ſ.eo.nobis.

Tua nos duxit &c. [rogatus] no.præces pro ſe porrigi.ſ.de æta.tuam.¶Conſentiant] dicunt quidã, ꝙ eo tpe,quo qs recipif,nihil dare licet,ar,1.q.1.emẽdari,& q.2.q̃ pio. alij dixerunt , ꝙ ẽt tpe ingreſſus licet dare,& recipere,dũmõ non præceſſerit pactum , ar. 1.q.1.eos.ſ.de ſucc.ab inte.c.3.hic apparet , ꝙ non licet ſub illa forma recipere aliquem, Recipimus te , in fratrem,ſi detuleris,unde uiuas: qa bona eccleſiæ non ſufficiunt niſi nobis,ar.ĩ e.qm:qa,ut ibi dicit,in hoc crimine non excuſat paupertas. Item qa non licet apponi pactum, ꝑ qđ non poſſit petere, qđ ſibi tunc competit de iure.ĩ.e.c.ꝑ tuas.2.& c.pe.hoc aũt ei ꝯpetit de iure , ꝙ ex quo eſt canonicus,habeat,ſicut unus de aliis.ſ.de ꝯſti.ſi ueniſſent.ſ.de ꝑbẽ dile.16.q.7.decimas alij aũt dicunt

dicunt, ꝙ talis receptio est simoniaca, ar. 1. q. 2. si qs pp [intentione] principaliter. uix. n. esset, quin secūdariò haberet. 86. dist. qui causa. 8. q. 1. sunt in ecclesia. ¶ Culpabiles] hinc uidetur solam intentionem facere hominem simoniacum, ar. 1. quęst. 1. qui studet, reperiuntur. 1. q. 3. non solum, sicut sola pactio, supra ut eccl. benefi. ut nostrum: propter hanc tñ intentionem non deberet resignare, sed tantum pniam agere, ī e. ult. vel dic, ꝙ in his, quæ sunt ꝓhibita, quia simoniaca, ut uendere sacramenta, & generaliter omnia, quæ ueteris uel noui testamenti simoniaca iudicantur, sufficit sola uoluntas. ¶ In his aūt, quæ sola constitutione sunt simoniaca, ut renunciare præbendam, ut alij detur, licet sit peccatum,[a] non tamē sufficit sola uoluntas, ut faciat simoniacum, arg. de of. del. ex parte.

a ¶ Sit peccatū. Ad hoc adde Hostiē. & Bot. in c. fi. infra eo. & refert. Feli. in c. ad audientiam, col. iij. uers. circa quod plenius supra de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *An sacramenta sint recipienda ab excommunicato, uel suspenso.*
2 *Criminosorum sacrā non uitantur, licet quo ad se sint suspēsi.*
3 *Qui ordinem aliquē simoniace recepit, statim dicitur suspensus.*
4 *Non debet aliquis etiam ex necessitate peccare.*

PEr tuas literas. [ex relatione] quod credere nō debuit. 34. dist. habuisse. 86. dist. si qd.
1 ¶ † Vitium simoniæ] quicūque. n. scit aliquē depositum, excōmunicatum uel suspensum, dicunt quidam, ꝙ quātūcūq; sit occultum, nunquam sacramenta ab eo recipiēda sunt, arg hic nisi baptismus, & corpus Christi, ut no. ī de hære. c. ij. sed licet nō debeamus recipere ab eis, dum sunt occulti: ipsis tñ petētibus in publico dare tenemur. 1. q. 1. Christus, de consecr. dist. 2. non prohibeant; nec eos uisitare in publico debemus 6. q. 2. c. ij. & iij. s̄ de offi. ord. si sacerdos. imò plus dicimus, quia excōicatis & interdictis nō petētib. dare debemus officia, sicut & aliis, ne si segregarent ab aliis, hoc ipso appareret eum excōicatum, uel interdictum, & sic esset ꝓditor; qđ est ꝯ id, q. ī est. 2. q. 1. si peccauerit; & hoc Christus fecit, q simul ad pdicandum
2 Iudam cū aliis misit. 1. q. 1. ¶ † Item oīa, q̄ faciunt administrando, tēporaliter tenent, quousq; ab ecclesia tolerantur, ut no. hic. de elec. nihil. Criminosorum aūt sacramenta nō uitabo, licet quo ad se sint suspēsi. 1. q. 1. sacerdotes: qa hoc ꝓhibitum non est, & sola ꝓhibitio hois & canonis facit, ꝙ nō sit licitum. 32. dist. uerū. aliter. no. ī de hær. c. ij. & ibi plenius oīa reperies. aliqui aliter dicunt, ut no. ī de schismã. c. j ¶ † Secure ministret]
3 sine dispēsatione, cum non ꝯstet hoc ordinato ꝓ certo illum esse simoniacum: alias stultus esset monachus, q à simoniaco ordinaret in bñficio manifesto, uel occulto i ordine, q executionē nō hēret ordinis, ut s̄ e. tāta. 32. di. § uerū. ordinem reciperet. uel hic dispensat Papa cum ignorante. 1. q. 1. si quis à simo. Et scias, ꝙ solus simoniacus in ordine recepto simoniacè pdit executionem. 1. q. 1. qbusdam. ī eo. c. pen. s̄ eo. tanta, non solum ordinis simoniacè suscepti. sed etiam oium aliorum; & etiā in tēporalibus per ꝯñs perdit administrationē 81. dist. eos. non ea rōne, ꝙ non habuerit executionem ordinū non simoniacè susceptorum, & ꝙ ex confirmatione nō habuerit administrationem, s̄ de elect. trāsmissam: sed quia suspensus est hoc ipso, ꝙ aliquem ordinē simoniacè receperit, ut supra ꝓbatum est. & idem ea rōne dicimus in simoniaco in beneficio notorio. occultus autē simoniacus in beneficio, quāuis non sit suspensus ipso iure, sed suspēdendus. 1. q. 3. c. ij. & iij. tñ rōne illius officij simoniacè quæsiti non ministrabit sine peccato nec tēporaliter, nec spiritualiter; puta cōferendo ordines, si emit episcopatum, i. dignitatem episcopalem, nō ordinem: quia tunc esset simoniacus in ordine, & suspensus ipso iure; ordines ab eo collati nullum effectum habebunt. 1. q. 3. ea quæ. & est hoc ea etiā rōne: quia fur censetur. 1. q. 1. ordinationes, & sic licitum non est contrectare rem alienam. sed ab aliis beneficiis, q̄ non simoniacè quęsiuit, non erit suspensus. simoniacus aūt in ordine conferendo, i. quia simoniacè ordinem ꝯtulit tñ, per triēnium suspēsus est, ī c. pen. ¶ Et ꝙ dicimus de simoniacis suspēsis, idem dicimus de oibus notoriis excōmunicatis, depositis, & suspensis. hic aūt monachus erat in opinione, ꝙ etiam simo. in beneficio, & q recipit pecuniam ꝓ ordine ꝯferendo, perdit executionem, ar. 1. q. 1. reperiunt, qbusdam: quod tñ falsum est, ī eo. c. penul. & ex. c. reperiunt, bene colligitur, ubi dr̄, ꝙ ex quo confidit, & hunc errorem sequendo non uult ordinari. sed quare non tollit ab eo errorem, dicendo sibi, ꝙ securè ab eo ordines recipiat? uidetur. n. sibi inicere laqueum, qđ nō debet. 27. q. 1. c. ult. rñ. satis aufert ab eo errorem ꝑ uerba hic posita: sed conscientiam mutare non potest, cū non possit uis inferri animo. 22. q 5. §. j & c. j. consulitur tñ ei, ꝙ nisi deponat errorem, non promoueatur: qa etiam erroneæ consciæ est ꝯsulendum, arg. s̄ de spon cōmissum, ff. de rei uin. ex diuerso. nobis plus placet, ꝙ iste monachus non errabat in iure credens, ꝙ ille, q ordinem ꝯferret simoniacè, sit suspensus ipso iure: qa & hoc ipsum uerum est, s. ꝙ suspēsus est usque ad triēnium, ī eo. c. pen. & ult. ¶ Item grauiter arguendus est, & puniendus esset, si post q̄ de iure doceretur, ꝯtumaciter credere, & obedire ꝯtēneret. 19. dist. nulli. nec mandaret dñs Papa, ꝙ hac occasione dimitteret sumere ordines: imò in purgatione erroris sui eum ordinē recipere cogeret: dicimus ergo, ꝙ hic monachus credebat, & ꝓbabilem credendi præsumptionem habebat, ꝙ suus eps simoniacè ordines ꝯtulerit; & ideò consulit ei ꝙ nisi prius deponat hāc credulitatem, ꝙ non ꝓmoueatur ad ordines. ¶ Sed oppones quare nō eodem mō ꝓhibuit ei in susceptis ministrare? Rñ. sumere ordines uoluntatis est: qa ad eos nemo ꝓcisè cogitur, supra de tēpo. ord. quæris. 75. dist. c. j. & ij. sed celebrare in suscepto necessitatis est, arg. ad hoc, infra de sent. exc. inquisitionis. & forte posset dici, ꝙ ubi tñ ꝓbabilē causam credendi habet, & non sciam, ꝙ si prælatus suus eum cogeret ordinari à tali, ꝙ prudenter faceret, si obediret. sed si pro certo sciret, & notorium esset eum simoniacè ordinem ꝯtulisse, intra triēnium nullo mō ab eo ordinem recipere deberet: imò potius deberet se permitte-
4 re excōmunicari, arg. præall. decr. inquisitionis. ¶ † Sed oppones in hoc casu necessitatis, s. qñ ad hoc cogitur, uidetur rōne supradicta, ꝙ etiam si sciret eū simoniacum, ꝙ debet ab eo recipere ordinem, sicut celebrat in suscepto. sed dic ꝙ in nullo casu, nec necessitate debet quisquā mortaliter peccare; qđ esset, si scienter ordinē inaniter susciperet. sed qñ ignoranter suscepit, tunc nō peccat, si utitur executione ordinis sic inaniter suscepti ex dispensatione. Recipiendo aūt ordinem scienter à notorio simoniaco in ordine non recipit executionem, quā non habet ordinator, supra eo. tanta. 1. q. 1. uentū, reperiuntur, & q. 7. Daibertū. imò & si ordinetur ignoranter non recipit executionem, nisi dispensetur. 1. q. 1. si quis à simo. quidam tamen dixerunt, &, ut uidetur, me-

melius, ꝙ etiam si scienter recipit ab hæretico, habet executionem, quãdiu toleratur, arg. 15. q. ult. c. ult. arg. contra. 23. q. 3. tres personas; quod uerum credimus in omnibus alus criminosis: sed in simoniacis & fornicatoribus notoriis speciale est, ꝙ etiam sine sententia licet ab eorum obedientia recedere. 32. dist. §. uerum, & sin hoc potest intelligi decr. ista: quia iste ordinatus credebat, ꝙ ordinator suus ex relatione multorum esset notorius simoniacus, & ꝙ ideò non haberet ordinis executionem, & ꝙ nõ deberet ulterius ordinari ab eo: quia sua auctoritate debebat ab obedientia eius recedere. sed Papa uidens eum errare in iure positiuo, cõsuluit ei, ꝙ in suscepto ordine ministret. quia, sicut dictum est, peccaret, nisi in ordine suscepto ministraret: sed contra conscientiam non ascendat ad superiores. ipse enim habebat conscientiam, ꝙ ex quo aliquis à simoniaco aliquem ordinem susciperet, ulterius ad nullum ordinem promoueri poterat. nec erat peccatũ mortale male intelligere canones, qui sunt de iure positiuo. ¶ Si tu dicas, ꝙ debeat Papæ credere de intelligentia canonum,[a] alioquin est hæreticus. 19. dist. nulli Rñ. ꝙ si Papa faceret expressum canonem, ꝙ recipiens ordinem à tali simoniaco, qui non est notorius nisi ex aliquorum relatione, potest promoueri licitè, & iste ordinatus diceret, ꝙ Papa non posset hunc canonem condere, esset hæreticus, uel grauiter peccaret. sed hic Papa nõ faciebat de hoc canonem, licet sic arbitraretur, & talis esset opinio sua, quæ non præiudicaret aliorum opinionibus, ſ de resti spol. literas. 3 pro his aũt sufficiens rõ esse uidetur: quia cum hæc pœna non inueniatur in canonibus, ꝙ recipiens ordinem ab hæretico, uel quocũq; alio criminoso tolerato, nos pœnas extendere non debemus, de pœ. dist. 1. pœnæ. speciale tñ est in notoriis simoniacis, & fornicatore. si aũt coactus recepit ordinem à simoniaco, recipit executionem. 1. q. 1. constat. nos aũt hoc non credimus. imò generaliter dicimus nullum, ꝙ non habet, posse dare executionem; & quod ibi factum est, de dispensatione factum fuit, & repete quæ dicunt. 32. dist. §. uerum [deponat] quia credere debet eum nou simoniacum.

a ¶ *Intelligentia canonum. Adde Archid. & clarius Dom. in summa. 20. dist. & meminit Abb. in c. capellanus, col. ij. de feriis, & refert Fel. in c. ne innitaris, col. j. circa fi. supra de cõst.*

IN tantum.

PEr tuas nobis literas, &c. [dispensatum] per Papam.

COnsulere, & infra. [uicedominatum] cui aliquid spirituale est annexum. 1. q. 1. si quis episcopus, & quæst. 3. saluator.

SIcut pro certo, &c. [benedictionibus] supra eo. cum in ecclesiæ [exigere] hic iustificat decre.

QVoniam simoniaca labes. [expellatur] habita distinctione, quæ est supra eo dilectus.

AVdiuimus, &c. [ingerunt] episcopi. [eorum] id est episcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Non est quis cogendus aliquid soluere pro ecclesiasticis sacramentis, & in nume. 2. & quando ad hoc agi possit, habes in num. 3. & 4.*

1 AD Apostolicam audientiam. ¶ † Qui maliciosè] No. ꝙ non dicitur hic, ꝙ aliquis cogatur aliqd soluere pro Ecclesiasticis sacramentis. illud. n. est illicitum, supra cap. proxi. & cap. suam, & c. cum in ecclesiæ. sed hoc tantum pertinet ad officium episcopi, ut si quis pias & laudabiles consuetudines uelit mutare, scilicet solicitando, uel statuendo, ꝙ nemo aliquid det pro sepultura, nel pro similibus, compescantur. nullus tamen cogetur eas seruare, ut in præalleg. decret.

2 ¶ † Item no. ꝙ nunquam potest dici quẽquam cogendum, ut pro spirituali aliquid det etiam in locis, ubi pro ecclesiasticis sacris dabatur, ut puta si consuetudo tbi erat, ꝙ dabatur pro sententia tempore pœnitentiæ nũmus, uel aliud: quia aut dices, ꝙ uoluntariè dabat, & sic nũquam cogendus est; aut coactus, & sic eodem modò non est cogendus: quia simo. erat, ut in c. præalleg. & contra ius naturale. vnde talis consuetudo seruanda non est. 8. dist. quæ contra. dicimus tamen, ꝙ licet tantum uoluntariè alicui certum soluere cõsueuerint, non tempore collationis sacramentorum, ut sicut Venetiis soluitur in morte decima mobilium, in Britania tertia in opus ecclesiæ & pauperum dispensanda, bene cogendi sunt seruare talem consuetudinem. t 1. distin. in his. 12. dist. illud, ridiculum. consuetudo etiam sic intelligitur, quod hic dicitur. & si dicas, ꝙ uoluntariè dederunt, nõ se obligauerint, Rñ. falsum est: imò, quia tanto tẽpore exoluerunt, creditur, ꝙ uoluntariè se obligauerunt. ¶ Ad illa autem, quæ dabantur tẽpore collationis sacramentorum, nunquam cogãtur: quia species mali est, à qua abstinendum est, supra de ui. & ho. cler. cum ab omni, & c. decorem: quia præsumitur simoniacè introducta. & facit ad hoc, quia nec ante, nec post, dare pcipitur. 1. q. 2. c. ij. ſ eo. c. j. hoc aũt ꝯstat, quia nunquã pp aliquod tẽporale retardanda est collatio sacrorum ſ eo. c. pxi. & c. intm̃. Item si aliquid sponte detur, nõ est spernẽdũ. 1. q. 2. q̃ pio. ¶ Itẽ si ꝯsuetudo habet, ꝙ in dedicationibus ecclesiarũ aliquã partem oblationũ habeat ꝯsecrator, & clerici, q ei obsequuntur in ꝯsecratione, bene ad illam ꝯsuetudinem obseruandam agi potest & peti, ut 10. q. 3. nec numerus. 18. q. 2. Eleutherius, seruitium. & idem in sepulturis, & in omnibus aliis, q̃ de iure ratione consuetudinis debent, uel diuiduntur, supra de sepul. certificari, de test. requisisti. si qua aũt alias sint, quæ non ratione consuetudinis generalis, sed specialis debentur, ut si consuetudo esset, ꝙ in consecratione haberet cẽtum marchas, nõ crederem talem consuetudinem seruãdam, cum male de ea præsumatur, ut dictum est. non negamus tñ, quin possit accipere expensas ꝓ se & comitibus suis. & certum quid põt statui, qđ accipiat ꝓ expensis: quia non cogitur militare suis expensis. 10. q. ult. relatum. t 1. q. 2. charitatem. 4 ¶ † Expẽsas enim eps à uilla, ubi sunt baptizandi, uel chrismãdi, uel alia sacra conferenda, uel ecclesia ꝯsecranda, petere potest, si habent vnde præstent: alioquin ipse de suo faciat. 10. q. 3. cauendum. nec obstat c. nec numerus: quia illud loquitur, quando aliquid exigebat ultra expensas. nam cum baptizandi ad domum baptizatorum ne nirent, nihil pro expensis accipiant, cum & ipsi expensas non faciant. uel melius potest dici, quòd aliud est petere aliquid ab his, quorum ecclesia consecratur, uel de bonis eorum, & hoc nullo modò licet, & si de hoc sit generalis consuetudo, supra eodem intantum. & aliud est nihil ab eis petere: sed de oblationibus, quæ nondum peruenerũt in spãle dñium alicuius. uel usum, uel possessionem, diuisionem aliquã facere; & hoc licet etiam tẽpore consecrationis ecclesiarum, uel collationis sacrorum: tñ credimus, si eps, uel clerici dicerent, non intererimus, nisi securi simus, quòd dabitis nobis oblationes,

oblationes, uel q uos dñe epe nobiscum fm consuetudinem antiquam diuiseritis, q peccarent. s. e. cum in ecclesiæ, ar. 3. 83. dist. quia sancta. imò plus di. unt aliqui, q clerici, qui cōsueuerunt hre aliq partem ab epo, pnt ei dicere, si cessauerit aliqñ debitā partē dare, dñe non intererimus de cætero, ar. 95. dist. esto. 45. dist. cum beatus: qa si eps rōne consuetudinis petat eos cogi ad secū interessendum, & ipsi tñ debunt, & tuipse etca hoc ipsam consuetudinem serua. nos tñ credimus. q non est licitum clericis negare epo obsequiū consuetū, licet eps deneget consuetā partē oblationū. imò si fecerit agere, pōt eps nomine ecclesiæ petitorio, & possessorio tōtra clericos, cū hæc exceptio nunq inueniat in iure: sed clerici sifr p epo, non p ecclesia pñt agere peti. & pos. ad prædictā cōsuetudinem obseruādā, & ēt quia infringit eps consuetudinē, si expedit canonicis. & si consuetudo tm in fauorem epi eslet introducta, pollet agere, ut absoluatur à prędicta consuetudine: quia priuil. & c. 9. q. 3. priuil. sed nos hoc non credimus. nā licet illud aliqñ obtineat in priui. noo tñ obtinet in iure cōi, nel consuetudinario, q difficilius ab homine separat, q̄ gratia: sed pōt agere & petere, ut q̄du nō soluerit eps, q cōsueuit, nec i. si obsequiū debitum præstare teneantur; & sic loquitur. c. 65. dist. esto. 45. dist. cum beatus.

NE dei, & infra. [patribus] qui ordinauerunt Cistercien. quia ex quo regula est approbata p Papā, nul li licet eis aliqu d p regulas mandare [ordine] quia et si Papa mandaret eis aliquid, quod esset contra substantiam ordinis, uel peccatum, nun deberent obedire. s. de statu mona. cum ad, in fine [ordine] .i. substantialibus ordinis.

IAcobus canonicus.

SI quis ordinauerit. hic no. pœnam dantium ordines simoniace [inquietet] s. eo. per tuas. credunt quidā, q hic, qui sic iurauit, & pmisit, possit petere, ut sibi remittatur promissio. j. de magistri. ca. 2. hoc non credimus: quia si obstat sua turpitudo ¶ Per triennium] lapso triennio, sine aliqua dispēsatione recuperat executionē, cum pœnæ sint moliende, de pœ. dist. j. pœnæ. & hoc intelligo, si crimen est o. cultū: si uerò manifestū, sp est suspensus, argument. 32. distin. s. uerum. Item licet hanc pœnam habeat à iure, si tamen accusatur, perpetuo deponetur, & infamis erit. 1. q. 1 reperiuntur. quidā dicunt, q hæc decre. obtinet tm in casu hic posito. nam alias, qui simoniace ordinē conferret. perpetuò suspensus est alij aūt in omni casu intelligūt eā opinionē. uel dic, q uerius uf, q hic non directe committit simoniā in ordine, sed in bñficio, uel in iure consecutiuo ordinē quia ordinans nihil recipit, nec sibi aliquod debitum remittitur, ut ordinet quia nihil eps añ ordinationem debebat ordinato. prætetea ordinator uult ordinare, & ordinatus ordinari nullo dato; & ideo non directo vr esse simonia in ordine, & ideo specialis pœna datur in hoc casu, cū alias dans ordinem simoniace directō perpetuō debeat esse suspensus, & recipiens non solum ab ordine simoniace suscepto, sed etiam ab alijs sit suspensus. hic autem non est suspensus nisi ab ordine sic suscepto, ut hic, & s. eo. per tuas.

MAndato nostro recepto, &c. [generalis]. s. eo. qm simonia. [extendi] cum ex tali extensione nō multum honoris iudicia crescant: sed tm saluti aiæ puideat [utrique]. i. ex parte dantis, & accipientis bñficiū, ideo seruiuit, ut beneficium acciperet, & ille, qui dedit beneficium, ideo dedit, quia sibi seruiuit.

Ne prælati uices suas, uel ecclesias sub annuo censu concedant. Rubr.

PRæterea quoniam quidam [epale] Isti epi iurisdictionem, quæ ed epm spectabat in aliquibus parochijs, uendebant decanis, uel archipresbyteris, q hic inhibetur. sed ē cōtra so epi exercentibus iurisdictionem epalem salarium dare pñt. 12. q. 2. charitatem, cuicunque. Item non exercentibus iurisdictionem obuētiones spales uēdere pñt. j. eo. querelam. Rō diuersitatis, quia iurisdictio non dēt uendi. in auth. ut indi. sine quo. suf. at in obuentionibus est cōcessum. Itē plationē, uel aliquod ius spūale non pōt locare ut hic. Officia aūt temporalia. et castaldiani, si pro pecunia cōcedat, licet alias sit turpis quæstus, nō tñ est simonia, nisi habeat spirituale annexum, & sic intelligitur. 1. q. 3. Saluator.

QVia in quibusdam, &c. [sub annuo] sic. s. tu exerceb is talem iurisdictionem super tales sacerdotes, & totū lucrū, uel pars eius sit tuum. sed mihi epo, uel archiepiscopo tm reddes, & hoc est illicitum, sed si diceret ego tibi p salario tuo c. lib. dabo, & tu exerceas iurisdictionē in hos sacerdotes, & tu dabis mihi totū lucrū, hoc est licitū. 12. q. 2 charitatē annuo. 23. q. 1. militare. hoc uf simonia, ar. 1. q. 3. ex multis uendentes, non solum. s. c. proxi. notatur de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Regimen ecclesiæ committi non potest sub precio.*
2 *Donatori licet conditiones apponere sed non spirituale.*
3 *An liceat pauperi sacerdoti locare spūales operas, & in nu. 4.*

QVoniam enormis. ¶ Regimen] Regimen. n. committi non pōt sub pcio. sed si contingeret, prælatū infirmum esse uel abñtem, bñ posset pretio dato sacerdotem uicarium ibi constituere. s. de ap. peruenit. 2. s. de cle. ægro. de rectoribus. 12. q. 2. charitatē. & ille, q locat opas suas spūales, non peccat, si aliunde sumptus, nō hēt. j. q. j. duces. si āt aliūde hēt sumptus, licet nō sit simonia: est tñ spēs mali, & iō nō locet operas nec impēdat: qa nō tenet. & idē dicimus nō licere illis q hñt aliūde sumptus, ɔuenire, dabis nobis tm, & nos oī anno faciemus anniuersariū. sed bñ licet & meritorū & ɔstitnere aliquos reditus in aliqua eccła, ut ei faciat anniuersariū alicuius, & hęc ɔtō pōt fieri p illos, qui debe rēt facere anniuersariū. s. de pb. significatū: sed donatori redituū nō licet ɔstituere, nec sub ɔditiōe reditus dare sed pal. decr. significatū, uf ɔdicere, ubi dr, q capl'm cō cessit bñficiū sub ɔditione. rñ. q a non fuit sub cōditione, sed pure fuit in decr. pal. ɔcessum bñficiū, sed bñficiū fuit aliquibus onerib. astrictū p illos, q hoc facere pñt sed alius donator redituū siue clericus, siue laicus hoc
2 nō pōt. ¶ † Sed dices imò & laico donatori licet suæ rei conditionē adijcere. s. de cond. ap. c. uerum sed rñ. q li cet donatori conditiones apponere, sed nō spūales. Redēptio aūt captiuorū bñ pōt poni in conditionibus rerū
3 donatarū ecclesię. x. q. ij. hoc ius. xij. q. ij. aurū. ¶ † Id aūt, q in prin. huius gl. dictū est, nō placet, s. q pauperi sacerdoti liceat locare operas spūales, dicimus. n. q nunquā pauperi sacerdoti nec ad diem, nec ad annum licet aliquid recipere p offitiis diuinis dicendis. s. tit. proxi. in multis c. sed credimus, q & pauperi sacerdoti, & diuiti licet pacisci cū aliquo, q morer in aliqua eccłia ut cele

bret ibi diuina,& certum quid pro hoc acciperet:ita tñ, q nũquam p diuino aliquid accipiat:imò & in pactis & in intentione debent segregari actus,ut merced,êquã accipit,p diuinis,accipiat, sed p mansione,quam facit apud aliquã ecclesiam,uel p aliis beneficiis,q ibi facit, uel p recõpensatione dãnotum,quæ sustinet occasione moræ,quam ibi cõtrit, ar š de rerum permut. ad qõnes.

4 ¶†Sed dices,si habet de proprio,non debet accipere de bonis ecclesiæ.1.q.2. clericos, pastor. ergo si est diues clericus, nõ debet accipere tẽporalem mercedem p diuinis celebrandis in aliqua ecclesia. ¶Sed rñ. de iure est,q siue sit diues,siue pauper, q qui altari[a] seruit, de altari uiuat, supra de præben. cum sm Apľm. nec contradicit.c.præal. clericos, pastor,quæ non loquũtur de clericis seruientibus ecclesiis, sed de aliis abundantibus clericis,qui nolebant uiuere de bonis ecclesiatũ, qui non seruiebãt,nec eorum clerici erant.

a ¶ Altari. Adde quòd hanc eandem opin.te net Arch.in c.illi qui. 12.q.2.abb.in c.cẽs, de præben. & in sua dispu.incip.Titius,& tenet etiam B. Tho. 2.2.q.185.ar.2.& referunt Moder.in c. postulasti,col.vlq.in fi. supra de rescrip.

QVerelam &c. [ecclesiam].i. obuentiones ecclesiasticas, [præsumpsit] si nomine ecclesiæ locauit, & utiliter, successor[b] tenetur, supra de loc.c.j. 12.q.2.huius, quicũq; suf.25.dist. ecclesiæ prin. si inutiliter,secus supra de his,q si à prxl.cum nos,supra de præca.c.ij.& hoc intelligo, si non interuenerunt solẽnitates debitæ. alias n.teneret cõtractus, licet possit restitui in integ. si uerò suo nomine locauit,non intẽdens obligare ecclesiã, non tenetur successor: sed nec hæres eius,sicut nec heres usufructuarij, nisi inquãtum ad eum puenerit,ff.lo ca.si qs domum,§.hic subiungi. & hoc uerum est in ministro, uel plato ecclesiæ,f.q successor tenetur habere ratum,qđ factum est à pdecessore. sed in canonico præbendario secus dicimus: qa ille nunquam põt locare pbendam suam ultra tẽpus uitæ suæ, licet de illa possit agere, & cõueniri sicut legitimus administrator, ut not. supra de probatio.c.iij.

b ¶ Successor. Adde, q. Cardin. in consil.95. incip. Respõdeo,sing. refert dicta Inn.hic, & dicit hoc communiter teneri per scribentes.

De magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Rub.

QVoniam Ecclesia [cathedralem,] idem in aliis, quæ sunt sufficientes,ĩ eo.quia [eiusdem] ecclesiæ. secus de aliis,nisi sint pauperes,ĩ eo. quia [beneficium] secus,si non habeat beneficiũ.10.q.2.pcariæ.12.q.2. charitatẽ. & Sabinus legũ doctor à suis scholaribus sustẽtabať,ff.de ori.iu.l.ij.§ si.sed & si habeat bñficiũ,gratis pt recipere, sed nõ exigere [interdicat] nisi forte esset ibi nimia multitudo magistrorum, uel alia iusta cã subsit.

PRohibeas &c. [pmittatur] ex hoc uř, q ex quo nõ licet pmittere,q pmissio sit turpis, & sic q melior sit cõdõ possidẽtis,ff.de cõdi.ob tur.cau.l.ij. Rñ. hic subuenit dãti nõ in fauorẽ suũ,sed in odiũ recipiẽtis. si. š de eo,q dux.ĩ ma.quã pol.c.j.š de simo.ueniẽs. vel dic, q pignus pmittendo non peccat, cũ sit spũale. Quid si platus nõ dat licẽtiam eundi ad scholas nisi primò precio dato? rñ. non est simonia, sed est turpe lucrum.

QVanto Gallicana. [regere] supra eod. cap.primo ubi nota.

QVia nonnullis [cathedralem.] à diuitibus.n.licet accipere, cum pp eos non habeat pbendam, arg. 12.q.2.charitatẽ. 14.q.5. nõ sanè.4.q.3. §.itẽ nenturis,š de simo.cum sit,š de ui.& ho.cle.cum ab oĩ. ar.contra. 12.q.2.gloria. 1.q.3.non solum,ff.de uar.& extraord.cogn.l.j.§.est quidam.

SVper specula.

De Iudæis, & Saracenis, & eorum seruis. Rubr.

PRæsenti cõcilio. [12.sol.] quos si nõ habet, aliunde hostiatim quærat,ff.de manu.etiãr uel pro eis quinquẽnio operas præster, ff. de cap.& postli.l.ult.36.q.1.de rap.hoc tñ c.non loquiť,q ipsi seruo liceat aliqd dare p sua redẽptione,sed alij Christiano: sed uř ducendus ad libertatem sine aliqua donatione pecuniç,C.de epi. Deo.§.ult.54.dist. mãcipia. Ob hoc dixerunt aliq hoc c.abrogatũ.Vel dic, q hoc c.loquiť,cum Iudęus paganum emit cã mercimonij, & intra tres menses uenalis exponitur,& pp infirmitatẽ Christianus factus est. tũc enim nõ debet Iudei utilitas impediri.54.dist.fraternitatem [Christianus] non tñ erit seruus redimẽtis: sed restituto precio erit liber, insti.de noxa.ac.§.dominus.

MVltorum ad nos [seruetur] .i.in libertatem excipiantur. ¶Liberi] No.originarios esse liberos,ergo à legitimis actibus non repelluntur, ar.ff.de test.l.j. C.de postul.l.ult.ad ordines tamẽ non promouentur. 54.dist.si quis obligatum [debentes] .i.alligati & astricti [de his] originariis , uel colonis [damnauit] .i.abstulit propter suam improbitatem.

IVdęi [legalis] C.de Iudę.l.ult.

Quia super his, & infra eodem in nonnullis.

IVdæi.

ITa quorũdam [deferant] C.q res ex. non debẽt.l ij. C.de cõmer.& mer.eam te.ff.de pu.& ue.coram.§. si enim [precisos] canõ est latæ sñiæ [mulctari] hoc põt statuere Papa propter commissum à laicis crimen.

IVdęi [hæreditatis] de hæreditate & bonis iõ intromittit se ecclesia : qa de nouo cõuersi sunt, & finguně miseræ personæ,ĩ de uer.sig.super quibusdam. alias.n. se intromitteret,supra qui fil.sint leg.causam.

COnsuluit.

AD hæc.

SIcut Iudei. [corpora] non enim reputantur hostes. 23.q.8. dispar. alias enim liceret,C. de sepulc.uiola. sepulchro.

QVam sit laudabile. ¶Paganis] contra.11.q.3. ad mensam,ubi dř,q sine aliqua indulgẽtia licet uti cibariis paganorum. Rñ. illud olim , qñ pagani non discernebant cibos. hodie autem,cum discernant cibos, non licet sine speciali indulgẽtia ; sicut nec cum Iudeis licet cõmunicare. 28.q.1. omnes.supra eo. ad hoc,nisi de licentia, ut ar.hic. [temporum] quia tñ in quadragesima non licet uti carnibus.

SIgnificauit. ¶Redemptionis] q.d.pro causa redemptionis licet aliqua portare etiã ea,q uetita essent:

non

non tñ possunt pyraticam ꝯ Christianicos exercere:qa sine peccato fieri nō possent:sed ligna & arma eis porta re pro redēptione licet: quia licet p ea possint offendi Christiani,tñ non est directò ꝯ eos. nam & si directò ꝯ Christianos nēderet,& in articulo,qñ,s.exercèretur ꝯ Christianos incideret in canonem. Alij tñ dicunt,ꝗ arma & ligna & alia spāliter eis prohibita ēt pro redemptione nō licet eis uēdere,ar.j.e.ad liberādam.¶Treugā] uidebat.n.ꝗ facta treuga liceret eis portare res ue titas Saracenis [excōicationis] latæ ꝯ tales.s.e.ita.j.e. proxi.[pax] cā dubitationis erat: quia ex quo iurauerat,ꝗ non portaret illuc merces,nisi pax fieret, per eō sequens uidebatur licitum portare, si fieret pax.

Quod olim [durauerit] cessante illa guerra nō durat canon latæ fiñæ nisi in lignaminibus & aliis ꝗ̄ subsidiū faciūt eis ad pugnā.s.e. ita & sic loquit.s.c.pxi.i fi.& i dispēdiū terræ [an.j.e.ad liberādā.

ET si Iudæos.

POstulasti [iurisdictionis] temporalis.

IN nonnullis.

CVm sit.

AD liberandam [galeas] qa cum his possunt multū prendere Christianos [in pyraticis] & pyraticā ꝯ Christianos exercentibus. secus, si ꝯ alios exerceant: uel forte nec ꝯ alios,cum non debeant in pyratica per Christianos instrui. hoc autem non placet pp uerbum sequens, in dispendium terræ sanctæ] ip'os] hæc pœnitentia imponitur per seculares potestates.s.eo.ita [aperiant] hæc pœnitentia imponitur per ecclesiam.

EX speciali.

NVlli Iudæo.

De hæreticis. Rubr.

DVbiis [in fide] 24.q6.1. apertè.s.de summa trini.c.1.

QVi alios.

FIrmissimè [uel schismaticum] hæreticus dr, qui p uertit sacra ecclesiæ ut simoniacus.1.q.1.eos qui p. Item diuisus ab unitate ecclesiæ.7.q.1.denique. Item excōicatus.4.q.1.qui autem. Item errans in expositione sacræ scripturæ.24.q.3.hæresis. Item qui confingūt nouā sectā,uel ɔfictā sequit.24.q.1.hæticus.Itē q male sentit de articulis fidei.23.q.1.hæc est fides, qm uetus.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas admixta in instrumento,uel in dicto testis,quando uiciat, uel non.*

2 *Sacramenta ab hæreticis recepta an sint uera & essentialia sacramenta, & in nu.3.*

4 *Ordinis executionem non potest dare suspensus.*

1 FRaternitatis.¶†Cap.a] no.ꝗ si tabellio in instrumento,uel testis in suo dicto admisceat aliquā falsitatē ēt scienter, nihilominus tñ ualet instrūm,& depositio testis, dūmō falsitas illa non tangat substantiā, uel circūstantias negocij, de quo fit instrūm, uel reddit testimonium.ut si dicat ɔhentem esse de alia terra,ꝗ̄ sit,uel si dicat,affines aliorum esse, ꝗ̄ sint. & hoc est iustū:qa in his non consistit officium tabellionis, nec testis.nihil.n.facit ad ɔtūm,uel testimoniū,un̄ sint ɔhentes,uel quorum sint affines.& idem est in fictibus. sed ɔ.6o.dist.si ad. ubi dr, ꝗ non ualet scriptura, ubi ēt officiosum mendaciū admiscet, qđ nulli obest,& alicui prodest.So.illud intelligitur, qñ admiscet circa substantialia,uel circūstātias negocij,de quo agitur. ut si gra,si inter ɔhentes actū est,ꝗ soluat pecunia argentea, & notarius, uel testis dicit de aurea, ꝗ melior est,& utilior est ambobus contrahentibus.nam hoc mendacium licet sit pium & utile,tñ reddit instrūm uel testimoniū inutile. si aūt sup his,quæ tāgunt substātiā ɔtus, de quo sit instrūm, uel de quo redditur testimonium,uel super circūstantiis eius, de quibus not.s. de accu.c.inquisitionis,tunc siue ignoranter,siue scienter falsum admisceat, non ualebit instrumentum, uel testimonium;quod sic probatur: quia nunquam debet ponere in instrumento,uel testimonio,nisi quod in ueritate norit,& uidit;& in hoc nō posset esse ignorantia. 3.q.9.testes, hortamur pura. ¶Dānantur] hoc habet locum in exceptionibus scripturarum, & in omnibus aliis, qui publica autoritate non habent officium sibi iniunctum simile.ɔ.dist.si ad sa.16.dist c.1.37.distin.si quid. In scripturis autem tabellionum, & aliorum publicum officium gerentium secus est:quia licet fecerint unam chartam falsam, aliæ nihilominus ualent, quādiu in officio tolerantur, ar.8.q6.ult.nonne,& est hoc propter publicam utilitatem,ar.ff.de off.præs.Barbarius dicimus tamen,ꝗ si instrumento in aliquo probetur falsum,totum,quod in illo instrumento continetur, caret robore firmitatis; sicut in teste dicitur, qui similiter publicū officium habet.3.q.9.pura.ff.de ædi. edic.cum eiusdem , de conse.dist.4.cum non liceat. licet autem dicta cuiusquam ratione personæ nisi aliae falsa probentur,redargui non possunt de falso: si tamē publica persona accusata & condēnata fuerit de falso, & ex tunc instrumenta dicta eius ratione personæ robore carebunt.s.de testi.testimonium. ¶Alij tamen dicunt, ꝗ si in uno instrumento plura capitula sunt connexa sibi, & unum esset accessorium alteri, uno cassato connexa & accessoria cassantur secus si sint diuersa & separata , arg.ff.de mino.etiam.ff.de neg.gest.cum ac. 2.q.7.§.est autem,circa fi. Vel distingue,ut s.de fid.in-

2 stru.ex literis,primò dictum magis placet.¶†In sacramentis secus est: quia sacramenta ab hæreticis recepte quo ad essentiam uera sunt.32.§.uerum. Item effectū uirtutis habent,uel propriis uirtutes dignitatis habēt quia ueneranda sunt in se,& gratiam etiam conferunt si qui illa nescienter sumant ab eo, quem non putant hæreticum. de Iuda enim constat,ꝗ fuit hæreticus,ar. 1.q.1.eos qui, & tamen baptizati ab eo gratiam receperunt. nam alias peccasset, qui eum emisit cum aliis ad baptizandum, cum sic baptizati ab eo deciperentur. 1.quæst. 1.Christus, & cap.dedit. ad idem est, qđ dicitur de infantibus.1.quæst.4 c.2.& 3.idem dicendū est, si coactè recipiat sacramenta. 1.quæst.1. dominus decla.circa fin.& hoc intelligo de coactione absoluta, uel abstractiua si enim conditionalis esset coactio, pec caret , nec gratiam reciperet.50.distin. presbyteros.

3 ¶†Item est necesse, ꝗ uoluntatem habeat illud sacramentum recipiendi licet non ab hæretico: quia alias sacramentum reciperet.s.de bap.maiores. idem dicen-

dū est specialiter in sacro baptismi,s.ut in articulo ne-
cessitatis debeat recipi ab hæretico.32.dist.§.uerum,
circa fi.si autem aliter accedant ad sacramenta hæreti
corum,peccat, qui accedit, nec recipit gratiam.1 q.1.
etiam.& c.sequentibus. & hoc ex sola constitutione est,
qua prohibitum est à talibus recipi sacramenta, quod
ex eo apparet,q constitutio excipit baptismum in casu
necessitatis,ut dictum est. & idem.32.dist §.uerum.nam
cum solus Deus gratiam conferat,non minister,non at
tenditur,qualis sit minister,nisi in eo,qui scienter ꝯ cō
stitutiones ecclesiæ recipit, idem dicimus in omnibus
præcisis,puta depositis excommunicatis, & suspensis à
collatione sacramentorum, siue à iure,sine ab homine
sint suspensi: qa si à talibus suscipiant sacra, cum à col-
latione eorum priuati sint,inobedientes sunt,qui reci-
piunt ab eis,nisi sit notorius fornicator,& simoniatus:
q licet suspensi sint à collatione sacramentorum,tn̄ in
articulo mortis corpus Christi & baptismum conferūt
32.dist.§ uerum. & ēt cum à talibus licitum sit hæc sa-
cramenta recipere, eis licitum erit tangere,non tn̄ con
ficere. nec credimus licitum ab hmōi extremā unctio-
nem recipere,uel alia sacra. nā cum sint gnāliter ꝓhi-
biti,& de his spāliter concedatur, consequens intelle-
ctus patet,q de cæteris negatur.25.dist.qualis. diuina
autem ab eo audire debent,quā diu tolerantur.8.q.u.t.
nonne.sed qđ conceditur his duobus suspensis idem intel
ligo in oībus suspensis, siue sint suspensi à iure, siue ab
hoie. & fortè idem in depositis,cum similis rō sit in oi-
bus.C.de diuer.rescri.si libellum. sed secus in hæretico
uel excōicato,à quibus corpus Christi in articulo mor
tis recipiendum non est.1.q.1.superueniente:baptism ū
aūt possunt ab eis recipere.Et hic est casus, in quo licit-
tè cōico cum excōicatis, & hi dando baptismū nō pec-
cāt. posset tn̄ dici,& nō male,q à suspensis à iure tolera
tis oīa sacra,ubi nō confert executio,sed gr̄a,ut in pœ-
nitentia, extrema unctione,& cæteris consimilibus,lici
tè recipiantur,qa solus Deus ibi alīs hoc operatur,ar.19.di.
fin.1.q.1.Iudas.ubi autem confertur executio,ut in or
dinibus,& ubi aliqd confert ab ordinatore,non suspen
4 ditur,ut s̄.de simo per tuas,ubi no.¶†Executionem au
tem ordinis nullus suspensus dat:qa qđ non habet,da-
re non potest.1.q.7.Daibertum. & ordinator est, qui
dat executionem,qđ ex eo apparet,qa dat sibi ea,quæ
sunt signa executionis,s.planetam,stolam,& consimilia
23.dist.per totum,& melius.11.q.3.eps. sed p hoc uī,
q si archidiaconus. q dat subdiacono urceolū.23.dist.
subdiaconus,sit suspensus,q subdiaconus habet execu-
tionē, qđ nō credo: qa tm̄ ab epo recepit executionē,
non ab archidiacono.ꝫ.de cō.dist.4.Romanus,ubi dicit
q paganus baptizat,& tn̄ baptismum non habet.sed sū
deo, q baptizans in baptismo nihil confert, sed solus
Deus.19.dist.fin. sed plus placet nobis,quod not.j.de
schismat.c.1.ꝯ id,qđ dictum est,ignorātes & coactos re-
cipere gr̄am in sacris hæreticorum,ꝫ est.32.dist.§.uerū
1.q.1.ēt,& tribus.c.sequentibus,ubi dr̄,q ibi gratia nō
confertur.¶Sed rn̄.non conferri gratiam scienter reci
pientibus. uel ideo dicitur non conferri gratiam: quia
postq̄ sciunt, uel baptizati post, q̄ facultatē habent, p
manus impositionem debent ecclesiæ recōciliari.1 q.4
c.2.& 4.& nisi fecerint, peccant : uel aliter, quia si sa-
cerdos bonus est, per eius manum sacramenta prosunt
suscipientibus:si autem est fictus,eius meritum nō pro-
dest.1.q.1.per Esaiam. aliqui tamen dicunt, q omnes
suspensi occulti,uel à iure executionem conferunt, de
hoc no.j.de schisma.c.1.

SI quis eps [extraneos] quia ex hoc præsumitur, q
ecclesiam non diligebat, quando extraneos hære-
des ecclesiæ præponebat. uel supple hæreticos.q.
siue consanguineos, siue extraneos hæreticos hæredes
instituat, anathema sit.

INter eos.

CVm Christus supra & infra.c.proxi.

SIcut ait B. Leo [defensores] hodie quo ad omnes
iste canon est latæ sententiæ, & non in partibus To
losæ tantum.

SVMMARIVM.

1 *Cum moritur quis, ad quem transferatur potestas faciendi ea quæ ipse faciebat.*
2 *Ad quem spectet determinare de articulis fidei.*
3 *Potest Papa de laicis statuere.*

AD abolendam [clerici] repete quæ diximus.
1 s̄.de ma & obe.his.†Vacan e] mortuo aliquo,
si uis scire ad quē transferatur ptās faciendi ea, q̄
faciebat ante,q̄ successorē habeat, no.qa si ea p se so-
lū faciebat,sicut iurisdōnē,& consilia,& hoc faciet,ille
à quo ea habebat;ut si erat archidiaconus,q recepit iu
risdōnē ab epo,uicē eius gerit,s̄ de off.arch.c.1.eps eo
mortuo eius iurisdōnē exercebit.s̄.de ma.& obe,his,&
hic.s̄.de insti.cū uenissent. & hæc sunt uera, si necesse,
uel utile est hoc expediri an̄.q̄ successor det:alioqn suc
cessori seruabit ff.de iudi.mortuo.C.de iudi.ꝓpetādū.
§.si aūt,maximè si in ꝓximo successor sit futurus.ff de
ma.uin.l.pe.§ si & si capl̄o concessit eps eligere archi-
diaconū qa p hoc uī capl̄o concessisse,q cidē archidia
cono iura archidiaconalia ꝯferat,eo mortuo ad capi-
tulū deuolueī p̄dicta ptās si aūt aliqua faciat p se,q̄ nō
ab aliquo sunt collata,sed suo iure faciat,ut si archidia
conus fundasset ecclesiam de bonis archidiaconi, non
capituli,tunc hæc potestas non deuoluit ad capl̄m.s̄.de
concess.præ.c.nulla,sed ad successorē tm̄.Si aūt aliqua
habeat ab uno,& alia ab alio,etiā; in eis,quæ ab eo te-
net,deuolueī p̄dicta ptās, sicut est uidere in clerico ha
bente bona hr̄ditaria,ubi debēt succedere hr̄des legiti
mi,& bona ecclesiastica,ubi debet succedere ecclia.s̄.de
testa.relatū.12.q.3.& 4.p totū.¶Itē eps,& capl̄m sunt
unū corpus,cuius caput est eps,ar.j.de uer.si.cū cleri-
ci,&cū inter eos dicat̄ spāale ꝯiugiū ꝯtra s̄.de testa.req
siti.§.pe.dicimus,q ea,q̄ ad epm ptinēt suo iure.sicut
est iurisdō, & ꝯfirmatio p̄latorū, quā habet hoc ipso q
est eps,q ad capl̄m deuoluet.ipso iure.s̄.de ma.& ob.
cū olim. si aūt cū aliis exercebat aliqd,nō ad subditos,
uel supiores,sed ad socios eiusdē collegij deuoluit po
testas.63.di c ul.ar.C qn̄ nō ne.par.l j.idē fortè dicen-
dū i absente,siue ex iusta cā,siue ex iniusta absit. In ne-
2 gligēte aūt dic,ut no.hoc de ma & obe.cū olim.¶†Hæ-
ticos] i hr̄sim iā dānatā & indubitatā incidētes.aīs n.
si de articulis fidei dubitatio oriret̄, & dubiū esset,qs bn̄
uel malè diceret,hoc sola Romana ecclesia determinat
24.q.1.quotiēs.17.di.multis [audiētia] q.d.nō ꝓderit
3 eis,si dicāt se uelle hr̄sim abiurare.¶†Comites] no.Pa
pam posse statuere de laicis.sed hoc est pp crimen.si.s̄.
de Iudæ.ita alij dicunt iō hæc statuta ualere:quia prin
ceps præsens fuit [exempti] ut templarij.

VErgentis [per cen.ec.] no. iudices seculares cogi
facere iustitiam. 23.q.5. administratores.

Si ad-

SI aduersus nos [examine] & malefaciunt, qui litigant.

CVm ex iniuncto [testimonium] .i.q. missus fit eo modo, quo scriptura pcipit, s. ab eo, q habet potestatē ɔstituendi, & mittēdi pdicatores. uel .i. nisi doceat de se ,pphetatū p aliquē ,pphetā, ut Ioā. hic ostendit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro heresi depositus statim est relinquendus seculari potestati.*

2 *Abbas, seu collegium potestatem non habet concedendi alicui licentiam prædicandi.*

EXcommunicamus. excōmunicantur hæretici [relinquantur] pœna dānatorum de hæresi. 1 † No. pro hæresi clericum depositum statim seculari potestati relinquēdū, q si pœnitere enim vult, est ppetuo carcerādus, ī e.c.p n. Secūs casus est, si p p calūniā, uel ɔtumeliā illatā epo fit depositus. 11.q.1. si qs sa. Tertius est in crīe falsi, ī de fal. ad fal. alias afit clericus depositus tuēdus est p ecclīā. 81. dist. dictum, nisi sit incorrigibilis, ̄s de iud. cum non ab hōie [ɔsiscent] corrigitur lex, q defert bona cognatis, C. de hære. idem de Nestore [q afit] qualiter ,pcedatur ɔ̄ suspectos de heresi [moueantur] iurim potestatum, & dominorum ɔ̄ hæreticos [si uerò] pnīa dñorum non purgantium terram suā de hæreticis [catholici] indulgentia cruce signatorum ɔ̄ hæreticos [credētes] pœna credentium, receptatorū, fautorū, & eorum, q p p suspitionem de hæresi excōicati per annum in excōicatione perseuerāt [regulares] supple non ɔsumant talibus tradere ecclesiast sacra [quia uerò] ,phibitio pdicationis 2 fine auctoritate superioris. ¶ † Ab ap. se.] non ergo abbas, uel collegium habet potestatem ɔcedēdi alicui licentiam pdicandi: secus dicerem in licentia celebrandi missam, uel alia officia, quā quilibet sacerdos ɔcedere pōt, dūmodò certum sit eū esse sacerdotem, ut no. ̄s de cle. pere. c. iij. & ī e. ,px. qa ibi nō est tm̄ periculū eo. ti. sicut posset dici, q postq aliquis habet officium, uel potestatem pdicandi à ,pprio epo, ut sunt plati ecclesiarū, & doct. theologiæ approbati p eum, ad quem pertinet, uel etiam quilibet alij, qbus hoc concedit, uel spāliter, uel gnāliter, q quilibet sacerdos habens curam aiarum pōt ei dare licentiam pdicandi suis ouibus. Item no. q licet hoc sit generale, q soli epi possint dare licentiam pdicandi, de speciali tm̄ priuilegio qsq; & aliis conceditur, sicut fratribus Prædic. & Minorib. & etiam quibusdam aliis, supra de iudi. q̄ sit [adiicimus] .s. uisitatio, & persecutio ɔ̄ hæreticos [si qui] pœnā nolētiū iurare [uolumus] pnia epōrū nō ɔsequētiū hęreticos.

SIcut in vno corpore.

EXcōmunicauimus [redire] supra eo. ad abolendā, §. j. [carcere] arg. contra. C. de pœ. incredibile. sed dic hoc speciale in hæreticis.

ABsolutos, quia indistinctè loquitur, intelligo & post satisfactionē: in aliis secus. 15.q.6. nos, de electio. cū dilect. nisi snīa feratur super absolutione talū: quia tunc etiam in aliis post absolutionem non reuereretur ad eius fidelitatem, atg. supra de diuor. de illa. ¶ Manifestè] secus, si occultè, arg. supra de simo. c. ult. 11.q.3. c. Iulianus. ibi loquitur de apostata tolerato, [tenebantur] in pdictis. secus, si iurasset ei persoluere debitum, arg. infra de feu. excō. si uerè, & no. est de hac materia. 15.q.6. nos iuratos. Et etiam ibi arg. q bona hæreticorum ante damnationem non confiscantur, supra eo. excōmunicamus, § j. posset tamen dici, q nullum debitum ei solui possit.

SVMMARIVM.

1 *Schismatici qui dicantur, & an conferant, uel accipiant ordines, in num. 2.*

3 *Irregularitas ordinatoris, uel ordinati an impediat executionē.*

4 *Excommunicati minori excommunicatione conferunt sacramenta, & eorum executionem.*

De schismaticis. Rub.



1 QVod à pdecessore. ¶ † Largè dicuntur schismatici qlibet criminosi. 1.q.1. sacerdotes. 24.q.3. c. sectandum itaque; & hi non tenētur his pœnitentiis. Aliquantulum minus largè schismatici dicūtur excōicati. 24.q.3. Apostolicæ, tam sacerdos, de excōicationis. ex quibus aliqui sunt, q non peccāt in excōicatione manētes, ī de sent. exc. inquisitioni. de his no. ̄s de excep. exceptionē. Strictè dicuntur schismatici, q diuisi ab vnitate Ro. ecclesiæ conanē suos epos, & presb. facere, & suas ɔtōnes. 7.q.1. Nouatianus, & contēnunt ɔstōnes ecclīæ. 19. dist. nulli. ¶ Idem dico etiam, si uelit contra episcopum aliquem assurgere, & episcopatum tenere, & suos sacerdotes facere. 7.q.1. scire. 24.q.3. inter schisma; & in his habet locum hæc decr. nam excōmunicati sunt ut hæretici, ut hic. ¶ Alij tamen dicunt contra in episcopis schismaticis contra alios epos tantum dicuntur etiam schismatici, q coniurationes, uel conspirationes faciūt contra episcopos, uel prælatos; & hi non sunt suspensi ipso iure, sed suspendendi, & horum ordinationes non sunt irritæ: sed ipsi deponendi sunt. 11.q.1. coniurationum, & 4. c. sequentib. si autem aliqui de aliqua re licita coniurarent, puta de non obediendo alicui hæretico, uel etiam ut essent magis securi, q inuicem se non proderent de facienda accusatione alicuius hæretici, uel ,pniciosi pręlati, forte malum non esset. 16.q.7. sanè: semper tamen præsumitur contra coniuratores. 11.q.1. si qui clerici, & maximè si coniurent in perpetuum, uel generaliter. nam si contra potentem & diffamatum cōiurarent aliqui nō mali, sed boni uiri, crederem licere [hæresiarchis] .i. schismaticis [ordinatis] & idem de ordinatis ab hæresiarchis, uel schismaticis in infinitum. nam cum nō habeāt executionem, aliis dare nō possunt. 1.q.7. Daibertū. ¶ † Irritas] quo ad execu-
2 tionem. ordines .n. bene accipiūt, ut no ̄s de hæret. c. ij. executionem aūt schismatici isti nō ɔferunt: qa excōicati sunt ipso iure, ut hæretici noienī, ut hic, & 24.q.1. alienus, & 3. inter. & hæretici ipso iure excōicati sunt, ̄s de hær. excōicamus. 24.q.1. c. 1. quidam tm̄ dicunt, q tales nō sunt excōicati, sed excōicādi tm̄. 23. dist. i noie, in fi. ubi dr̄ dānet, & hi à Papa Alex. excōicati fuerunt. ¶ Illi aūt schismatici, q ab vnione ecclesiæ recedunt, ut Græci, bene sunt excōicati ipso iure, ut in pceden. c. & 19. dist. nulli. nos dicimus, q p p nullum peccatum, qđ sit in ordinatore, uel ordinato, impeditur, quominus recipiat ordinatus executionem in habitu, licet exequi non debeat ordinator, uel ordinatus ordinem suum: qa ligatam habet executionem nexibus iuris, quod censet tali crimine irretitum fore irregularem, sicut apparet in homicida, q bene in ordinatione sua recipit ordinis executionem, & etiā dat: sed tm̄ ligata est p ɔstōnē, quæ dicit homicidam irregularē, ̄s de tempori. ord. c. ult.

& ita

& huic expositioni uf contradicere.§.de epi.qui renun. epi.c.t.ubi df, ꝙ si non sit supina ignorantia, ꝙ pôt episcopus dispensare: sed dic illud ideo esse, quia non potest esse sine suspitione scientiæ post, quam manifeste renun ciaret, & nec probabat contra: quia si probasset, nunquã esset necessaria dispensatio.9.q.t. ordinationes. pôt tñ dici, ꝙ iusta cã fuit statuendi nouum ius ꝯ naturalem æquitaté, ne in tam notorijs factis, sicut est contra renũ ciãtes, & ꝯ nominatim excõicatos & præcisos, nullus ad mitteretur ad excusationẽ sine dispensatione. nec illud uf, ꝙ potestas exequendi tollatur omnibus ordinatis ab eis in infinitum: quia non extenditur nisi ad ordinatos a præcisis nominatim, nec etiam extẽdit ad alios ignorantes, de hoc no.§.epi.qui renun.epi.c.t.[careant] no.§ de ele.nihil.¶Quid si aliqua quæsiuit nomine eccle.ar. ꝙ ualeat.C.de legi.quod fauore.

FRaternitati [persona] Nam schismaticus etiã receptus in honore suo cum ordinato a se dispensare nõ potest, ar.1.q.5.præsentium.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit apostasia, & qualiter puniatur apostata, in nume. 2.*

3 *Psalmista, & lector an gaudeant priuilegio clericali.*

De apostatis, & reiterantibus batisma. Rubr.

